





13979. P. B. g.

V





V I A

FRANCISCANA

AD CÆLESTEM

HIERUSALEM

Continens

S. Regulam

&

Testamentum Seraphici Patris

S. FRANCISCI,

una cum

nonnullis precibus,

FRANCISCANIS

Viatoribus pro quotidiano usu, ac devotione
accommodata.

Cum Licentia Superiorum.

LABACI,

LITERIS JOSEPHI BLASCHKE

1837.



ALV

MANORIANE

AD

IN JACU SUI

De

Vias tuas Domine demonstra mihi, & semi-NO.
tas tuas edoce me. *Psalm. 24.*

Non enim habemus hic manentem civita-
tem, sed futuram inquirimus. *Ad Hebr.*
c. 13.

C

Via est vita præsens, qua ad Patriam per-
gimus, & idcirco hic occulto iudicio
frequenti perturbatione conterimur, ne
viam pro Patria diligamus. *S. Greg.*
in Mor.

voc
nos
tun
etia
exh
qua
tiam
dar
No
pie
tia
fide

030052020

De vocatione Fratrum Mi-
norum, et de prædicando
verbo Dei.

Consideremus, Fratres charissimi,
vocationem nostram, qua vocavit
nos misericorditer Deus, non tan-
tum pro nostra, sed pro multorum
etiam salute, ut eamus per mundum
exhortando omnes plus exemplo
quam verbo, ad agendum poeniten-
tiam de peccatis suis, et ad haben-
dam memoriam mandatorum Dei.
Nolite timere, quia pusilli, et insi-
pientes videmur, sed securi annun-
tiate simpliciter poenitentiam, con-
fidentes in Domino, qui vicit mun-

dum, quod Spiritu suo loquetur peccem
 vos in vobis, ad exhortandum omrem
 nes, ut convertantur ad ipsum, etis q
 ejus mandata observent. Caveamusuet
 qui reliquimus omnia, ne pro modio
 dico Regnum coelorum perdamusat p
 et si pecuniam in aliquo loco inper
 veniamus, non curemus de illtes r
 plus, quam de pulvere, quem calcatis.
 mus. Non judicemus neque despipati
 ciamus illos, qui delicate vivuntrare
 et curiose, ac superflue induunturam
 Deus est noster, ac ipsorum Domient
 nus, potens illos ad se vocare, et voles,
 catos justificare. Tales ergo reveretes F
 amur, ut Fratres, et Dominos nopuli
 stros. Fratres enim sunt, in quantion
 tum ab uno Creatore creati; Dominvigil
 vero sunt, in quantum bonos adjumor
 vant ad poenitentiam faciendamves,
 eis necessaria corporis ministranteshis o
 Ite ergo annuntiantes hominibus papara

peccem, praedicantes poenitentiam in
omnium remissionem peccatorum. Invenie-
tis, etiam quosdam homines fideles, man-
mansuetos, et benignos, qui cum gau-
modio vos, et verba vestra, recipient;
inveniat per oppositum alios infideles, su-
perbiter inperbos, blasphemos, qui exprobran-
tes illas resistent vobis, et his quae dice-
re calcatis. Ponite ergo in cordibus vestris,
et respiciat patienter et humiliter, omnia tole-
re non contrare. Nolite tamen timere, quoni-
am non post multum tempus veni-
ent ad vos multi sapientes et nobi-
les, et volentes, eruntque vobiscum praedican-
tes Regibus, et Principibus, et po-
pulis multis. Estote ergo in tribula-
tionibus patientes, in orationibus
vigiles, in laboribus strenui, in ser-
mone modesti, in moribus gra-
viter, et in beneficiis grati: quia pro
his omnibus vobis Regnum Dei prae-
paratur aeternum: quod nobis con-

cedat ille, qui vivit, et regnat trinus, et unus, et absque dubio concedet, si emissa servaverimus vota nostra, quae illi voluntarie spondimus.

S. P. N. Francisci Opusc. Tom. III. Collat. II.

Regulam Minorum non a B. Francisco compositam, sed a Deo desuper esse concessam.

Honorio III. Summo Pontifici, qui Regulam Minorum octavo sui Pontificatus anno sub Bulla confirmavit, aliaque ejusdem Instituti praecepta dura nimis, et humanae infirmitati graviora visa sunt. Beatum ergo Patrem hortatus est, ut quaedam mitigaret, quaedam mutaret, alia vero omnino tolleret. Cui beatus Legis-

lator: *Ego, beatissime Pater, praecepta, aut verba illa in Regula non posui, sed Christus qui omnia utilia, et necessaria saluti animarum, ac Fratrum, et bono statui, et conservationi Religionis, melius omnibus novit, cuique omnia, quae ventura sunt in Ecclesia, et Religione nostra, praesentia sunt, et patent. Non ergo debeo, nec possum Christi verba mutare, aut omnino abolere.*

S. P. N. Franc. ibid. Colloqu. IX.

Quales deceat esse, qui litteris, et studio incumbunt.

Audientes quidam ex sociis, Lutetiae Parisiorum Doctores quamplures, aliosque multos in Germaniae, Italiae et Galliarum plagis Mino-

rum habitum sumpsisse, interrogaverunt beatum Patrem, an sibi placeret, quod Fratres sacrae Scripturae studio intenderent. Quibus ait: *Mihi quidem placet, dum tamen Christi exemplo, qui magis orasse legitur, quam legisse, orationis studium non omittant. Nec tantum studeant, ut sciant, qualiter debeant loqui, sed ut audita faciant, et cum fecerint, aliis facienda proponant. Vellem enim Fratres meos discipulos Evangelicos esse, sicque in notitia veritatis proficere, quod in simplicitatis puritate concrecant, ut simplicitatem columbinam a prudentia serpentina non separent, quas Magister eximius ore benedicto conjunxit.*

S. P. N. Franc. ibid. Colloqu. XV.

Religiosos et Doctores sanctæ vitæ exemplo populo prædicare debere.

Interrogatus a quodam sacrae Theologiae Doctore, sacri Ordinis Praedicatorii, quomodo locus ille Ezechielis esset intelligendus: *Si non annuntiaveris impio, ut avertatur a via sua impia, et vivat; ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram; ait: Si verba hæc debent generaliter intelligi, ego illa ita censeo declaranda, quod servus Dei sic debet vita et exemplo in seipso ardere et fulgere, ut luce exempli, et lingua sanctæ conversationis omnes impios reprehendat: sic enim splendor vitæ ejus et odor famæ ipsius annuntiabit omnibus iniquitates suas. Cujus oppositum si fe-*

cerit, populos, aut proximos scandalizando, divinæ ultionis non evadet judicium.

S. P. N. Franc. ibid. Colloq. XXXIX.

Sententiæ familiares S. P. N. Francisci.

1. **H**aec sunt arma, quibus dirumpitur anima casta, visus, alloquium, contactus, oscula.
2. Qui vadit in desertum, tribus praeliis caret, visu, auditu, et detractioe.
3. Charissimi, in hac valle miseriae nihil tam pulchrum, tam delectabile possideatis, quo animus vester omnino occupetur.
4. Fuge creaturas, si vis habere, creaturas.

5. Fuge mundum, si vis esse mundus. Si tu es mundus, jam non delectat te mundus.
6. Fuge, tace et quiesce.
7. Si te excusas, Deus te accusat, et si te accusas, Deus te excusat.
8. Non perfecte bonus est, qui cum malis bonus esse non potest.
9. Tentatio, cui non consentitur, est materia exercendae virtutis.
10. Amor omnia gravia facit levia, et omnia amara facit dulcia.
11. Amor Dei nunquam est otiosus.
12. Vestis pulchra, locus, potus, cibus, otia, somnus, enervant mentem, luxuriamque fovent.
13. Cum dico, *Ave Maria*, coeli ridet, Angeli gaudent, mundus exultat, infernus contremiscit, daemones fugiunt.
14. Sicut cera fluit a facie ignis, et pulvis ante faciem venti disper-

gltur, sic ad invocationem nominis Mariae totus malignorum spirituum exercitus separatur.

15. In periculo, in angustiis, in rebus dubiis Mariam invoca, Mariam cogita: non recedat a corde, non recedat ab ore, et ut impetres ejus suffragium, non deseras conversationis exemplum.
16. Omnis creatura vilescat, ut Creator in corde dulcescat.

S. P. N. Franc. ibid. pag. 90.

S. Bonaventuræ E. D. Alphabetum Religiosorum.

Ama nesciri: et pro nihilo reputari hoc tibi salubrius est, et utilius, quam laudari ab hominibus.

Benevolus sis omnibus bonis et malis, et nulli onerosus.

Custodi cor tuum ab evagatione, os tuum ab otiosa locutione, et ceteros sensus sub rigore disciplinae.

Dilige solitudinem et silentium: et invenes quietem magnam, et conscientiam bonam. Ubi enim multitudo, ibi frequentes strepitus, et magna distractio cordis.

Elige paupertatem, et simplicitatem, et cum paucis sis contentus, et non facile murmurabis.

Fuge hominem, et saeculi rumores: quia non potes esse satis Deo, et hominibus, aeternis et transitoriis.

Gratias age Deo semper, corde et ore, qualitercumque tibi succedit in gravamine et dolore. Nam Deus omnia provide dispensat

in mundo, vero et recto iudicio
ab aeterno.

Humilia te in omnibus, et sub omnibus, et invenies gratiam ab hominibus, eris quoque Deo acceptus, et hominibus dilectus, et diabolus fugiet citius, propter humilitatis virtutem sibi valde contrariam.

In omni opere bono habeas intentionem puram ad placendum Deo, qui inspector est cordis, et diligit justos et puros.

Charissimos reputa amicos et patronos, qui te premunt et vituperant: si enim recte sapis et consideras, lucrum inde acquires, nam prosunt tibi in bono, qui obsunt in malo.

Labore et dolore cum gemitu et fletu acquiritur regnum Dei, deliciis et honoribus perditur paradisus.

Magnum donum Dei est, pauperem esse in hoc mundo propter Christum, et infinium tenere locum. Magna superbia altum petere gradum, ad alta semper diabolus suadet, honores ambire, fugere despectum, ut cadat ascensor ejus retrorsum, cum ad breve dominatus fuerit pauperum. Minima dona permagna reputa, eris et dignus majora accipere.

Neminem spernas, nulli noceas afflicto et egeno condoleas, et nunquam te extollas.

Omne tempus cum Deo utiliter expendas, nihil enim pretiosius tempore, in quo promereri potes regnum Dei in perpetuum. Omnibus quoque te amabilem, benignum et affabilem sine dissolutione exhibeas. Omnia bo-

na ad laudem Dei referas, et sine consilio et deliberatione nihil facias.

Primo semper quaere in opere tuo an Deo placeat, vel displiceat nec timore, nec amore age contra conscientiam tuam. In dubiis ad Scripturam et obedientiam praelati tui recurre, nec tibi ipsi nimis confide. Prius disce tacere, quam loqui, potiusque velis instrui, quam docere. Tutius enim est velle latere, quam apparere.

Quaecunque ad te non pertinent, de his non iudices, nec te intromittas, ut semper pacem habeas. Qui communia sectatur, et singularia vitat, magis diligetur, et citius ad bonum finem veniet. Qui tempestive facit, quod debet, laetior postea erit.

Revertere ad interiora cordis tui, et claude ostia oris tui, ne vagari incipias per varia desideria mundi consilio diaboli. Nocent mala audita, tentant pulchra visa, turbant illata vituperia. Recede ergo ab omni iracundo, indocto, dissoluto, et mane in silentio cum Deo.

Sobrius esto in victu, modestus in vestitu, providus in verbis, honestus in moribus, maturus in consilio, fortis in adversis, humilis in opprobriis, et humilis in prosperis, gratus in beneficiis, hilaris in despectibus, patiens in doloribus, discretus in omnibus agendis.

Time Deum offendere in minimis negligentis, et defectibus tuis. Noli praesumere in bonis, nec desperare in adversis. Timor

Dei facit recedere a peccato, et sollicitat in bono opere, ut bonum bene fiat. Totum te Deo commite, et quod tibi est grave, fiet cito portabile. Pax tua in patientia multa. Levis est omnis tribulatio pro vita aeterna.

Vende Deo omnia commoda tua, et dabit tibi solatia meliora, gratia adveniente in una hora. Nemo ditior, nemo liberior eo, qui se ad omnia Deo dat, et Christum amando emit, qui mundum cruce redemit.

Xitus (Christus) sit vita tua, lectio tua, meditatio tua, locutio tua. Ipse desiderium tuum, lucrum tuum tota spes tua, et merces tua. Si aliud quaeris quam pure Deum, damnum patieris, laborabis, et requiem non invenies.

Ymnos (Hymnos) et Psalmos canere, monachorum est, et clericorum, quibus congaudent Angelorum chori, laudantes Deum jugiter in regno coelorum. Servire carni mors, cibus vermium nidus daemonum, vita peccatorum, fomes morborum, corruptio corporum, inquinatio morum, perditio bonorum, acquisitio multorum malorum et dolorum. Servire Deo, beatitudo animae, sanitas corporis, prudentia Spiritus, vita coelestis, dulces hymnos Deo cantat, qui in tribulatione sua Deum semper laudat. Initium et finis omnis boni religiosi, Deum corde amare, ore laudare, et fratrem suum exemplo aedificare.

Zachaeae frater descende de altitudine saecularis scientiae, veni

et disce in schola Dei viam humilitatis, et mansuetudinis, et patientiae, et per quam possis Christo docente ad aeternae beatitudinis gloriam secure pervenire. Amen.

Scribe monache Alphabetum istud in corde tuo, quasi in libro vitae, et per singulos Dies chartulam tuam inspice et bonis moribus assuesce, pauca sunt verba, sed magna sunt mysteria, et perfectorum opera. Ornant exterius, et quietant interius. A contemptu et suiipsius abnegatione incipit vita boni religiosi monachi, et proficit usque ad contemplationem Dei.

S. Bonavent. Oper. Tom. VII. pag. 526.

Sexaginta Sententiæ Spirituales valde notabiles.

1. Coronam in Religione labor præcedit et pugna.
2. Tutus in Religione vivit, non qui sibi, sed Deo vivit.
3. Semper deficit Religiosus, qui in sua vocatione non semper proficit.
4. Religiosus, qui aliena curat, sibi, suisque deest.
5. Deo servire non potest Religiosus, qui sibi non dominatur.
6. Non, quamdiu in Religione fueris, sed quam bene in ea vixeris, refert.
7. Furtum facit, qui sine fructu in Religione vivit.
8. Quomodo morietur in Domino Religiosus, qui in vita pro Domino non laboravit?

9. Male utitur cella, qui in ea vel non agit cum Christo, vel non laborat pro Christo.
10. Nescit se amare Religiosus, qui nimium sibi indulget.
11. Vult Deus servum suum cordatum non delicatum.
12. Non Deo, sed sibi servit, qui in Dei servitio sua procurat comoda.
13. Vae, vae illi, qui inter bonos malus est.
14. Non est humilis Religiosus, qui dedignatur, vel non optat sperni.
15. Non est pauper, qui paupertatis non sentit incommoda.
16. Non est castus, qui castitatis hostes non illico fugat.
17. Non est obediens, qui obediendo proprium sequitur iudicium.
18. Religiosum ornat quidem scientia, sed virtus coronat.

19. Vae tibi, qui alios verbo instruis, et exemplo destruis.
20. Venenum Religiosi, propria voluntas.
21. Cum per urbem incedis, memento, te Religiosum esse, non pictorem.
22. Vae Religioso, cui cordi magis est sanitas, quam sanctitas.
23. Servus Dei non vivit, ut comedat, sed comedit, ut vivat, et serviat Deo.
24. Servus Christi pro Dei amore non curat propria incommoda.
25. Religiosus negligens, laetitia daemonis.
26. Religiosus curiosus, obliviosus sui.
27. Quo magis laboras pro Christo, eo plus debes Christo, quia fructus suus est.

28. Absit a Religioso vocem habere Jacob, et manus Esau.
29. Lingua Religiosi, cordis, mentisque tuba.
30. Religiosorum exempla mors et vita saecularium.
31. Quomodo eris lux mundi, si neque tibi luces?
32. Nescit lucrari Christum, qui nescit pati pro Christo.
33. Bonus Religiosus non minus charus est Deo infirmus, quam sanus.
34. Non erit clamor in valetudinario, si patientia fuerit in infirmo, et charitas in infirmario.
35. Non religiose vivit, qui venialia non curat.
36. Si venialia in saeculari displicent Deo, nunquid placebunt in Religioso?
37. Religiosum otiosum daemon venatur, et capit.

38. Religiosus litigiosus, officialis daemonis.
39. Non est familiaris Deo, qui non est amicus orationis.
40. Extra saeculum nondum est Religiosus, quem affinium nimia sollicitudo tenet.
41. Veluti pila ludit daemon Religioso vano.
42. Aliis prodesse, et sibi nocere, stultitia est, non charitas.
43. Bonus Religiosus spernit mundum, et gaudet se sperni a mundo.
44. Servus Christi studet esse sanctus, et non cupit videri sanctus.
45. Nihil Christo dedisti, si ei cor tuum totum non dedisti.
46. Religiosus fervens, flagellum daemonum.
47. Religiosus iracundus, fulmen inferni cuncta perturbans.

48. Religiosus mansuetus, decentia status, et ornamentum Religionis.
49. Quid tibi proderit reliquisse saeculum, nisi poenitentiam in Religione egeris?
50. Servus Christi patienter tolerat, parce loquitur, et multum laborat pro Christo.
51. Religiosus indifferens, Religionis gemma pretiosa.
52. Te reliquisse mundum, bonum est; sed agere, ut mundus jam relinquat te, melius est.
53. Ille vere est Religiosus, qui vere dicit:

DEUS MEUS ET OMNIA.

- 54 Religiosus proprietarius plus amittit, quam furatur.
55. Inquiete vives, si una in te regnet passio, etiamsi reliquae mortificatae sint.

56. Non superiorem, sed se fallit subditus, qui pro *nolle* dicit, se non posse.
57. Qui suum superiorem non habet loco Dei, nec Deus habebit eum loco Filii.
58. Si in Religione inter bonos non es bonus, quomodo in saeculo inter malos bonus eris.
59. Qui in Religione pacem vult habere cum fratribus, nemini contradicat.
60. Ingratus Religiosus ille est, qui putat, se plus contulisse Religioni, quam accepisse ab ea.
-
-

Incitamenta ad bene vivendum, et moriendum.

Unum porro est necessarium.

Luc. 10.

1. **A**nimam habes *unicam*, quae si semel perierit, aliam substituere non poteris.
2. *Morte* morieris *unica* certissima, modo et hora incertissima: si mors haec mala fuerit, actum est.
3. *Judicem* habes *unicum*, coram quo si causa cadis, appellare ad alium non potes.
4. *Caelum* speras *unicum*, a quo si exclusus fueris (*et arcta est janua*) infernus te certo manet.
5. *Aeternitas* sequetur *unica*, quae si non fuerit felix, per infinita saecula infelicissimus eris.
6. *Sententiam* audies *unicam*, si non hanc, *Venite benedicti*, necessario illam, *Ite maledicti*.
7. *Deum* habes *unicum*, cui si non servis, hoc ipso diaboli mancipium efficeris.

8. *Jesum Salvatorem* habes *unicum*, quem si vocantem non audies, ipse in interitu tuo flebiliter ridebit.

9. *Unum* denique est *necessarium*; aut *bene* aeternum, aut *male*! Tu, ut *bene* tibi sit aeternum, dum tempus est: *bene vive et vale*.

REGULA

Seraphici Patris nostri

S. FRANCISCI.

Incipit Confirmatio. D. Papae
HONORII III.

Supra Regulam FF. Minorum.

Honorius Episcopus servus servorum Dei, dilectis Filiis, Fratri Francisco, et aliis Fratribus de ordine Fratrum Minorum salutem et Apostolicam benedictionem. Solet an-

nuere Sedes Apostolica piis votis, et honestis petentium desideriis favorem benevolum impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris piis precibus inclinati. Ordinis vestri Regulam a bonae memoriae Innocentio Papa Praedecessore nostro approbatam, annotatam praesentibus, Auctoritate vobis Apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communitus, quae talis est:

In Nomine Domini.

Incipit Regula et vita Fratrum
Minorum.

CAPITULUM I.

Regula, et Vita Minorum Fratrum haec est: scilicet Domini nostri Jesu Christi sanctum Evangelium observare, vivendo *in obedientia, sine proprio, et in castitate*. Frater Franciscus promittit obedientiam, et re-

verentiam Domino Papae Honorio :
 ac Successoribus ejus canonice in-
 trantibus, et Ecclesiae Romanae. Et
 alii Fratres teneantur Fratri Fran-
 cisco, et ejus Successoribus obedire.

*De his, qui volunt vitam istam ac-
 cipere, et qualiter recipi debeant.*

CAPITULUM II.

Si qui voluerint hanc vitam acci-
 pere, et venerint ad Fratres nostros,
 mittant eos ad suos Ministros Provin-
 ciales, quibus solummodo, et non
 aliis, recipiendi Fratres licentia con-
 cedatur. Ministri vero diligenter
 examinent eos de fide Catholica et
 de Ecclesiasticis Sacramentis. Et si
 haec omnia credant, et velint ea fide-
 liter confiteri, et usque in finem fir-
 miter observare; et uxores non ha-
 bent, vel si habent et jam Monaste-
 rium intraverint uxores, vel licen-

tiam eis dederint auctoritate Dioecessani Episcopi, voto continentiae jam emisso, et illius aetatis sint uxores, quod de eis non possit oriri suspicio: dicant eis verbum sancti Evangelii, quod vadant, et vendant omnia sua, et ea studeant pauperibus erogare. Quod si facere non potuerint, sufficit eis bona voluntas. Et caveant Fratres, et eorum Ministri, ne solliciti sint de rebus suis temporalibus, ut libere faciant de rebus suis, quidquid Dominus inspiraverit eis. Si tamen consilium requiratur, licentiam habeant Ministri mittendi eos ad aliquos Deum timentes, quorum consilio bona sua pauperibus erogentur. Postea concedant eis pannos probationis, videlicet duas tunicas sine capucio, et cingulum, et braccas, et caparonem usque ad cingulum, nisi eisdem Ministris aliud

secundum Deum aliquando videatur. Finito vero anno probationis, recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istam semper et Regulam observare. Et nullo modo licebit eis de ista Religione exire, juxta mandatum Domini Papae; quia secundum sanctum Evangelium: *Nemo mittens manum ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei.* Et illi, qui jam promiserunt obedientiam, habeant unam tunicam cum capucio, et aliam sine capucio, qui voluerint habere. Et qui necessitate coguntur, possint portare calceamenta. Et Fratres omnes vestimentis vilibus induantur, et possint ea repeciare de saccis, et aliis peciis, cum benedictione Dei. Quos moneo, et exhortor, ne despiciant, neque judicent homines, quos viderint mollibus vestimentis et colora-

tis indutos, uti cibis et potibus delicatis: sed magis unusquisque iudicet, et despiciat semetipsum.

De Divino Officio, et jejunio: et quomodo Fratres debeant ire per mundum.

CAPITULUM III.

Clerici faciant divinum Officium secundum Ordinem sanctae Romanae Ecclesiae, excepto Psalterio, ex quo habere poterunt Breviaria. Laici vero dicant viginti quatuor Pater noster pro matutino: pro Laudibus quinque: pro Prima, Tertia Sexta, et Nona pro qualibet istarum Horarum septem: pro Vesperis autem duodecim: pro Completorio septem: et orent pro defunctis. Et jejunent a Festo omnium sanctorum usque ad Nativitatem Domini. Sanctam vero Quadragesimam, quae incipit ab

Epiphania usque ad continuos quadraginta dies, quam Dominus suo sancto jejunio consecravit, qui voluntarie eam jejunant, benedicti sint a Domino: et qui nolunt, non sint adstricti; sed aliam usque ad Resurrectionem Domini jejunent. Aliis autem temporibus non teneantur, nisi sexta Feria jejunare. Tempore vero manifestae necessitatis, non teneantur Fratres jejunio corporali. Consulo vero, moneo, et exhortor Fratres meos in Domino Jesu Christo, ut, quando vadunt per mundum, non litigent, neque contendant verbis, nec alios judicent, sed sint mites, pacifici, modesti, mansueti, et humiles, honeste loquentes omnibus, sicut decet. Et non debeant equitare, nisi manifesta necessitate, vel infirmitate cogantur. In quamcumque domum intraverint,

primum dicant: *Pax huic domui.*
Et secundum sanctum Evangelium,
de omnibus cibis, qui apponuntur
eis liceat manducare.

Quod Fratres non recipiant pecuniam.

CAPITULUM IV.

Praecipio firmiter Fratribus universis, ut nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant, per se, vel per interpositam personam. Tamen pro necessitatibus infirmorum et aliis Fratribus induendis, per amicos spirituales Ministri tantum, et Custodes, sollicitam curam gerant, secundum loca, et tempora, et frigidās regiones, sicut necessitati viderint expedire: eo semper salvo, ut (sicut dictum est) denarios, vel pecuniam non recipiant.

De modo laborandi.

CAPITULUM V.

Fratres illi, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter et devote, ita quod excluso otio, animae inimico, sanctae orationis ac devotionis spiritum non extinguant, cui debent caetera temporalia deservire. De mercede vero laboris, pro se, et suis Fratribus corporis necessaria recipiant, praeter denarios, vel pecuniam; et hoc humiliter, sicut decet servos Dei, et paupertatis sanctissimae sectatores.

Quod Fratres nihil sibi approprient: et de eleemosyna petenda: et de Fratribus infirmis.

CAPITULUM VI.

Fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam

rem, sed tanquam peregrini et advenae in hoc saeculo, in paupertate et humilitate Domino famulantes, vadant pro eleemosyna confidenter. Nec oportet eos verecundari; quia Dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo. Haec est illa celsitudo altissimae paupertatis, quae vos charissimos Fratres meos haeredes et Reges Regni coelorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimavit. Haec sit portio vestra, quae perducit in terram viventium. Cui, dilectissimi Fratres, totaliter inhaerentes, nihil aliud pro Nomine Domini nostri Jesu Christi in perpetuum sub coelo habere velitis. Et ubicumque sunt, et se invenerint Fratres, ostendant se domesticos invicem inter se, et secure manifestet unus alteri necessitatem suam; quia si mater nutrit, et dili-

gi
di
nu
E
ce
vi
D

S
m
ca
te
M
pr
qu
si
cu
po
no
Sa

ad- git filium suum carnalem, quanto
ate diligentius debet quis diligere, et
es, nutrire Fratrem suum spirituales?
en- Et si quis eorum in infirmitatem
ri; ceciderit, alii Fratres debent ei ser-
au- vire, sicut vellent sibi serviri.

*De pœnitentia Fratribus peccanti-
bus imponenda.*

CAPITULUM VII.

Si qui fratrum instigante inimico,
mortaliter peccaverint, pro illis pec-
catis, de quibus ordinatum fuerit in-
ter Fratres, ut recurratur ad solos
Ministros Provinciales, teneantur
praedicti Fratres ad eos recurrere,
quam citius poterunt sine mora. Ip-
si vero Ministri, si Presbyteri sunt,
cum misericordia injungant illis
poenitentiam: si vero Presbyteri
non sunt, injungi faciant per alios
Sacerdotes Ordinis, sicut eis secun-

dum Deum melius videbitur expedire. Et cavere debent, ne irascantur, et conturbentur propter peccatum alicujus, quia ira et conturbatio in se, et in aliis impediunt charitatem.

De electione Generalis Ministri hujus Fraternitatis, et de Capitulo Pentecostes.

CAPITULUM VIII.

Universi Fratres unum de Fratribus istius Religionis teneantur semper habere Generalem Ministrum, et servum totius Fraternitatis, et ei teneantur firmiter obedire. Quo decedente, electio successoris fiat a Ministris Provincialibus et Custodibus in Capitulo Pentecostes, in quo Provinciales Ministri teneantur semper in simul convenire, ubicumque a Generali Ministro fuerit constitu-

tum. Et hoc semel in tribus annis, vel ad alium terminum majorem, vel minorem, sicut a praedicto Ministro fuerit ordinatum. Et si aliquo tempore appareret universitati Ministrorum Provincialium, et Custodum, praedictum Ministrum non esse sufficientem ad servitium et communem utilitatem Fratrum, teneantur praedicti Fratres (quibus electio data est) in nomine Domini alium sibi eligere in Custodem. Post Capitulum vero Pentecostes Ministri et Custodes possunt singuli, si voluerint, et eis expedire videbitur, eodem anno in suis Custodiis semel Fratres suos ad Capitulum convocare.

De praedicatoribus.

CAPITULUM IX.

Fratres non praedicient in Episcopatu alicujus Episcopi, cum ab eo

illis fuerit contradictum. Et nullus Fratrum populo penitus audeat praedicare, nisi a Ministro Generali hujus Fraternitatis fuerit examinatus et approbatus, et ab eo sibi officium praedicationis concessum. Moneo quoque, et exhortor eosdem Fratres, ut in praedicatione, quam faciunt, sint examinata et casta eorum eloquia, ad utilitatem et aedificationem populi, annuntiando eis vitia et virtutes, poenam et gloriam, cum brevitae sermonis, quia verbum abbreviatum fecit Dominus super terram.

De admonitione et correctione Fratrum.

CAPITULUM X.

Fratres, qui sunt Ministri et servi aliorum Fratrum, visitent, et moneant Fratres suos, et humiliter et

charitative corrigant eos, non praecipientes eis aliquid, quod sit contra animam suam, et Regulam nostram. Fratres vero, qui sunt subditi, recordentur, quod propter Deum abnegaverunt proprias voluntates. Unde praecipio eis, ut obediant suis Ministris in omnibus, quae promiserunt Domino observare, et non sunt contraria animae suae, et Regulae nostrae. Et ubicumque sunt Fratres, qui scirent, et cognoscerent, se non posse Regulam spiritualiter observare, ad suos Ministros debeant, et possint recurrere. Ministri vero charitative et benigne eos recipiant, et tantam familiaritatem habeant circa ipsos, ut dicere possint eis, et facere, sicut Domini servis suis: nam ita debet esse, quod Ministri sint servi omnium Fratrum. Moneo vero, et exhortor in Domino

Jesu Christo, ut caveant Fratres ab omni superbia, vana gloria, invidia, avaritia, cura et solitudine hujus saeculi, a detractatione, et murmuratione. Et non curent nescientes litteras, litteras discere, sed attendant, quod super omnia desiderare debent, habere spiritum Domini, et sanctam ejus operationem: orare semper ad Deum puro corde: et habere humilitatem et patientiam in persecutione et in infirmitate: et diligere eos, qui nos persequuntur, reprehendunt et arguunt: quia dicit Dominus: *Diligite inimicos vestros, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos. Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est regnum caelorum. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.*

*Quod Fratres non ingrediantur
Monasteria Monacharum.*

CAPITULUM XI.

Praecipio firmiter Fratribus universis, ne habeant suspecta consortia, vel consilia mulierum: et ne ingrediantur Monasteria Monacharum, praeter illos, quibus a Sede Apostolica concessa est licentia specialis. Nec fiant compatres virorum, vel mulierum, ne hac occasione inter Fratres, vel de Fratribus, scandalum oriatur.

De euntibus inter Saracenos, et alios infideles.

CAPITULUM XII.

Quicumque Fratrum, divina inspiratione voluerint ire inter Saracenos, et alios infideles, petant inde licentiam a suis Ministris Provinci-

alibus. Ministri vero nullis eundi
 licentiam tribuant, nisi eis, quos
 viderint esse idoneos ad mittendum.
 Ad haec per obedientiam injungo
 Ministris, ut petant a Domino Papa
 unum de Sanctae Romanae Eccle-
 siae Cardinalibus, qui sit Guberna-
 tor, Protector et Corrector istius
 Fraternitatis; ut semper subditi et
 subjecti pedibus ejusdem Sanctae
 Romanae Ecclesiae stabiles in fide
 Catholica, paupertatem, et humili-
 tatem, et sanctum Evangelium Do-
 mini nostri Jesu Christi, quod fir-
 miter promisimus, observemus.

Nulli ergo hominum liceat hanc
 paginam nostrae Confirmationis in-
 fringere, vel ei ausu temerario con-
 traire. Si quis autem hoc attentare
 praesumpserit, indignationem om-
 nipotentis Dei, et beatorum Petri
 et Pauli Apostolorum ejus se nove-

rit incursum. Datum Laterani,
tertio Kalendas Decembris, Pontifi-
catus nostri anno octavo.

Incipit Testamentum

B. P. N.

FRANCISCI.

Dominus dedit mihi Fratri Francis-
co ita incipere facere poenitentiam :
quia cum essem in peccatis, nimis
mihi videbatur amarum videre le-
proso : et ipse Dominus conduxit
me inter illos : et feci misericordiam
cum illis. Et recedente me ab ipsis,
id, quod mihi videbatur amarum,
conversum fuit mihi in dulcedinem
animae et corporis.

Et postea parum steti, et exivi
de saeculo. Et Dominus dedit mihi
talem fidem in Ecclesiis suis, ut ita
simpliciter adorarem, et dicerem :
Adoramus te sanctissime Domine

Jesu Christe, hic et ad omnes Ecclesias tuas, quae sunt in toto mundo, et benedicimus tibi, quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. Et postea dedit mihi Dominus tantam fidem in Sacerdotibus, qui vivunt secundum formam sanctae Romanae Ecclesiae, propter Ordinem ipsorum, quod si facerent mihi persecutionem, volo recurrere ad ipsos. Et si haberem tantam sapientiam, quantam Salomon habuit, et invenirem pauperculos Sacerdotes hujus saeculi in Parochiis, in quibus morantur, nolo praedicare contra voluntatem ipsorum. Et ipsos et omnes alios volo timere, et amare, et honorare, sicut meos Dominos. Et nolo in ipsis considerare peccatum, quia Filium Dei discerno in eis, et Domini mei sunt. Et haec propter hoc facio, quia nihil video corpora-

liter in hoc saeculo de ipso altissimo filio Dei, nisi sanctissimum Corpus ejus, et sanctissimum Sanguinem suum, quem ipsi conficiunt, et ipsi soli aliis administrant. Et haec sanctissima mysteria volo super omnia honorare, et venerari, et in locis pretiosis collocare. Et sanctissima nomina ejus, et verba scripta, ubicumque invenero in locis illicitis, volo colligere, et rogo, quod colligantur, et in loco honesto collocentur. Et omnes Theologos, et qui ministrant nobis sanctissima verba divina, debemus honorare, et venerari, sicut qui ministrant nobis spiritum, et vitam.

Et postquam Dominus dedit mihi curam de Fratibus, nemo ostendebat mihi, quid deberem facere, sed ipse Altissimus revelavit mihi, quod ego deberem vivere secundum

formam sancti Evangelii. Et ego paucis verbis et simplicibus feci scribi, et Dominus Papa confirmavit mihi. Et illi, qui veniebant ad recipiendam vitam istam, omnia, quae habere poterant, dabant pauperibus. Et eram contenti una tunica intus et foris repeciata, cum cingulo et braccis et nolebamus plus habere.

Officium dicebamus nos Clerici secundum alios Clericos, Laici dicebant *Pater noster*. Et satis libenter manebamus in Ecclesiis pauperculis et derelictis et eram idiotae, et subditi omnibus.

Et ego manibus meis laborabam, et volo laborare, et omnes alii Fratres mei, firmiter volo, quod laborent, de laboritio, quod pertinet ad honestatem, et qui nesciunt discant: non propter cupiditatem recipiendi pretium laboris, sed prop-

ter bonum exemplum, et ad repellendam otiositatem.

Et quando non daretur nobis pretium laboris, recurrebamus ad mensam Domini, petendo eleemosynam ostiatim. Salutationem hanc mihi Dominus revelavit, ut diceremus: *Dominus det tibi pacem*. Et caveant sibi Fratres, ut Ecclesias, et habitacula, et alia omnia, quae pro ipsis construuntur, penitus non recipiant, nisi essent, sicut decet sanctam paupertatem, quam in Regula promisimus, semper ibi hospitantes tanquam advenae et peregrini. Praecipio firmiter per obedientiam Fratribus universis, ut, ubicumque sunt, non audeant petere aliquam litteram in Curia Romana, per se, nec per interpositam personam, neque pro Ecclesia, neque pro aliquo loco, neque sub specie praedicatio-

nis, neque pro persecutione suorum corporum, sed ubicumque non fuerint recepti, fugiant in aliam terram, ad faciendam ibi poenitentiam cum benedictione Dei.

Et firmiter volo obedire Generali Ministro, et illi Guardiano, quem sibi placuerit mihi dare: et ita volo esse captus in manibus suis, ut non possim ire, vel facere ultra voluntatem suam, quia Dominus meus est.

Et quamvis sim simplex, et infirmus, tamen volo semper habere Clericum, qui mihi faciat officium, sicut in Regula continetur. Et omnes alii Fratres teneantur per obedientiam obedire Guardianis suis, et facere officium secundum Regulam. Et si qui inventi essent, qui non facerent officium secundum Regulam, et vellent alio modo variare, aut non essent Catholici, om-

nes Fratres ubicumque sunt, per obedientiam teneantur, quod ubicumque invenerint aliquem ipsorum, proximiori Custodi illius loci, ubi ipsum invenerint, debeant praesentare. Et Custos teneatur per obedientiam ipsum fortiter custodire sicut hominem in vinculis die, noctuque, ita quod non possit eripi de manibus suis, donec in propria persona sua ipsum praesentet in manibus sui Ministri. Et Minister teneatur firmiter per obedientiam mittere ipsum per tales Fratres, qui die noctuque custodiant ipsum sicut hominem in vinculis, donec repraesentent ipsum coram Domino Ostiensi, qui est Dominus, Protector, et Corrector istius Fraternitatis.

Et non dicant Fratres, haec est alia Regula, quia haec est recordatio, admonitio, et exhortatio,

ac meum Testamentum, quod ego Frater Franciscus, parvulus vester, et servus, facio vobis Fratribus meis benedictis propter hoc, ut Regulam, quam Domino promisimus, melius catholice observemus.

Et Generalis Minister, et omnes alii Ministri, et Custodes, teneantur per obedientiam in istis verbis non addere, vel minuere. Et semper hoc scriptum habeant secum juxta Regulam, et in omnibus Capitulis, quae faciunt, quando legunt Regulam, legant et ista verba.

Et omnibus Fratribus meis, Clericis, et Laicis praecipio firmiter per obedientiam, ut non mittant glossas in Regula, nec in istis verbis, dicendo, ita voluit intelligi; sed sicut Dominus dedit mihi pure, et simpliciter dicere, et scribere Regulam, et ista verba, ita simpliciter, et pure

sine glossa intelligatis, et cum sancta operatione observetis usque in finem.

Et quicumque haec observaverit, in coelo repleatur benedictione Altissimi Patris coelestis, et in terra repleatur benedictione dilecti Filii sui, cum sanctissimo Spiritu Paraclyto, et omnibus Virtutibus coelorum, et omnibus Sanctis. Et ego Frater Franciscus, parvulus vester, et servus, quantumcunque possum, confirmo vobis intus, et foris istam sanctissimam benedictionem in aeternum, Amen.

Summarium Contentorum in S. Regula.

Praeter tria Vota substantialia, et solemnia *Obedientiae*, *Paupertatis*,

et Castitatis, in Regula Nostra continentur 25 *Præcepta sub peccato mortali obligantia*, nimirum:

VII Præcepta formalia.

II Inhibitoria.

IV Habentia vim præcepti.

XII Aequipollentia præceptis.

Præcepta Formalia.

1. **Q**uod totus Ordo teneatur præstare obedientiam et reverentiam Domino Papæ, et Romanæ Ecclesiæ. *cap. 1.*
2. Quod Fratres nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant. *cap. 4.*
3. Quod Fratres obediant suis Ministris in omnibus, quæ promiserunt Domino observare. *cap. 10.*
4. Quod Fratres non habeant suspecta consortia mulierum. *cap. 11.*

5. Quod non ingrediantur Monasteria Monacharum. *cap. 11.*
6. Quod non fiant compatres virorum, aut mulierum. *cap. 11.*
7. Quod Ministri petant unum de Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui sit Gubernator, Protector, et Corrector istius Fraternitatis. *cap. 12.*

Inhibitoria.

1. Quod nullo modo liceat Fratribus de ista Religione exire. *cap. 2.*
2. Quod Fratres nihil sibi approprient. *cap. 6.*

Habentia vim præcepti.

1. Quod Fratres teneantur recurrere ad Ministros Provinciales pro Casibus reservatis. *cap. 7.*
2. Quod Fratres habeant unum de

Fratribus istius Religionis in Generale Ministerium etc. *cap. 8.*

3. Quod Ministri et Custodes teneantur in simul convenire in Capitulo Generali pro electione Successoris Generalis Ministri. *cap. 8.*

4. Quod si aliquo tempore appareret universitati Ministrorum Provincialium, et Custodum, praedictum Ministerium non esse sufficientem, debeant eligere alium etc. *cap. 8.*

Aequipollentia.

1. Quod Fratres habeant unam tunicam cum capucio, et aliam sine capucio, qui voluerint habere. *cap. 2.*

2. Quod illi tantum, qui necessitate coguntur, possint portare calceamenta. *cap. 2.*

3. Quod vilibus vestimentis induantur. *cap. 2.*

4. Quod Clerici faciant divinum Officium secundum ordinem Sanctae Romanae Ecclesiae: et Laici dicant *Pater noster. cap. 3.*

5. Quod Fratres jejunent a Festo omnium Sanctorum usque ad Nativitatem Domini, sanctam Quadragesimam Resurrectionis, et in sextis Feriis totius anni. *cap. 3.*

6. Quod non equitent, nisi manifesta necessitate, aut infirmitate cogantur. *cap. 3.*

7. Quod Ministri et Custodes sollicitam curam gerant pro necessitatibus infirmorum, et aliis Fratribus induendis. *cap. 4.*

8. Quod Fratres serviant Fratribus infirmis. *cap. 6.*

9. Quod Fratres non praedicent in

Episcopatu alicujus Episcopi,
cum ab eo illis fuerit contradic-
tum. *cap. 9.*

10. Quod nullus Fratrum populo
audeat praedicare, nisi a Mini-
stro Generali hujus Fraternita-
tis fuerit approbatus. *cap. 9.*

11. Quod ubicumque sunt Fratres,
qui scirent, et cognoscerent, se
non posse Regulam spirituali-
ter observare, possint, et de-
beant ad suos Ministros recur-
rere. *cap. 10.*

12. Omnia, quae ponuntur in Regu-
la, quoad formam habitus tam
Novitiorum, quam etiam Pro-
fessorum, et ad modum recep-
tionis, ac professionis spectan-
tia, in quo multae conditiones
obligatoriae comprehenduntur.
cap. 2.

Testamentum

S. P. N.

FRANCISCI

Non obligat nos sub culpa mortali ad sui observantiam, quod et Gregorius IX. et Nicolaus III. expresse testantur. Ob reverentiam tamen Seraphici Patris, decet nos illud pro virili observare. Nec ad alia consilia Evangelica tenentur Fratres, quam quae (ut dictum est) in Regula ponuntur. Eo tamen amplius tenentur, quam caeteri Christiani, quo statum perfectionis profitendo, se ipsos in holocaustum et sacrificium medullatum Domino obtulerunt per verum mundanorum omnium contemptum, et conari debent pro viribus, ut ea observent, cum maxime serviant ad ipsam perfectionem assequendam.

Formula Professionis Fratrum Minorum.

Ego Frater N. voveo, et promitto Deo omnipotenti, et Beatissimae Mariae Virgini, et B. Francisco, et omnibus Sanctis, et tibi Pater, toto tempore vitae meae servare Regulam Fratrum Minorum, per Dominum Papam Honorium confirmatam: vivendo in obedientia, sine proprio, et in castitate.

Prælatus, qui Professionem recipit, respondet:

Et ego ex parte Dei, si haec observaveris promitto tibi vitam aeternam. In Nomine Patris †, et Filii †, et Spiritus Sancti †.

Omnes Fratres respondent:

Amen.

ORATIO

Pro renovanda Professione.

Gratias ago tibi Domine Jesu Christe, pro gratia singulari, qua me vilissimum peccatorem de hoc saeculo nequam eduxisti, et in hoc religiosissimo Ordine ad solemnem Professionem admisisti.

Doleo ex toto corde, quod gratiae huic non satis responderim, et pro tanto beneficio ingratus fuerim. Detestor omnes negligentias in hoc statu commissas, et quod tam parum ad ejus perfectionem aspiraverim. Ignosce mihi Deus veniae largitor, et da, ut vel nunc tandem tua gratia incipiam, sicuti ex animo cupio, propono, et desidero. Quod si me votis necdum tuae Majestati obstrinxissem, nunc sane id facerem, ideoque, quanta devotione pos-

sum, illa nunc renovo, illisque me ipsum tibi in unione sacrosanctae oblationis, qua Te ipsum pro nobis a primo sanctissimae incarnationis tuae instanti ad mortem usque Patri obtulisti, immolo, et novo fervore voveo, et promitto *DEO* omnipotenti etc. ut supra. Verumtamen, quia ad haec implenda me nimis tepidum et infirmum agnosco, rogo te misericordissime Jesu, ut qui dedisti mihi vovendi voluntatem, tribuas etiam exequendi facultatem, meque ita dirigas, ut non mihi, sed tibi soli vivam, omnesque Ordinis observantias, et quidquid animae meae perfectionem promovere possit, summo studio amplectar, ad majorem Nominis tui gloriam, qui es Deus benedictus in saecula. Amen.

Verba exhortatoria,
A SANCTO P. FRANCISCO,
*Fratribus suis zelantibus puram
observantiam Regulæ dicta.*

● dilectissimi Fratres,
Et in aeternum benedicti Filii;
Audite me, audite vocem Pa-
tris vestri;
Magna promisimus:
Majora promissa sunt nobis:
Servemus haec,
Suspiremus ad illa:
Voluptas brevis,
Poena perpetua:
Modica passio;
Gloria infinita:
Multorum vocatio;
Paucorum electio;
Omnium retributio. Amen.

Maledictio.

A sancto Patre Francisco in

*Fratres suos scandalose viventes
fulminata: qui videlicet in Ordine
suo aliquam proprietatem, maxi-
me pecuniarum, vel aliquid contra
puritatem Regulæ inducunt, et qui
alios suis malis exemplis scanda-
lizant, et Ordinem relaxant.*

A Te sanctissime Pater,
Et a tota coelesti Curia,
Et a me pauperculo
Sint maledicti,
Qui suo malo exemplo
Confundunt, et destruunt,
Quod per sanctos Fratres
Hujus Ordinis aedificasti,
Et aedificare non cessas. Amen.

*Fratres! horrendum est inci-
dere in manus Dei viventis. Ad
Heb. 10.*

Sententiæ notabiles
S. BERNARDINI SENENSIS

De Proprietariis.

1. **V**iolant votum, et proprietarii sunt, qui rem quamcunque, aut a quocunque donatam, Praelato in fraudem celant; vel cum praecipit, ut reddatur, vel alteri concedatur, aut detur, non statim reddunt.
2. **Q**ui usum rerum communitatis in proprium usum commutant, aut aliis dant, sine licentia Praelatorum.
3. **Q**ui abscondunt clavem, ne Praelatus quidquam tollat, aut aliquid disponat, et si quid tollitur, turbantur, et murmurant.
4. **Q**ui deliberate eo sunt animo, ut, si quid tolleretur aut repeteretur, non statim acquiescerent.

5. Item peccant in votum; qui Missam celebrant pro pecunia, quando Fratres tunc pro tempore praesenti, vel de proximo imminente, non habent necesse recurrere ad amicum spiritualem, ut aliquid solvatur, aut ematur.
6. Qui eleemosynam pro necessitate depositam, aut datam nolunt expendere, sed per modum providentiae in futurum, aut thesaurizationis, reservant, quaerentes interim alia.
7. Qui rem habitam reservant superflue, aut reponunt, nolentes uti, ne destruat, et ut in futuro sibi non deficiat.
8. Qui pecuniam a dantibus in dandos specialiter ad certos usus deputatam commutari faciunt in alios usus, sua auctoritate, contra expressam voluntatem dantium.

9

V
tin

et S

sti
so

9. Qui ea, quae ad obsequium mortuorum dantur, vel similia, vendunt, aut in aliud commutant, suo nomine et auctoritate, praeter voluntatem Procuratorum Papae, aut dantium.

Preces matutinæ.

Expergefactus dic:

O JESU, MARIA!

Vobis offero in Sacrificium matutinum cor meum, et animam meam.

In Nomine † Patris, et † Filii, et Spiritus † sancti. Amen.

Dum surgis.

In Nomine Domini N. Jesu Christi surgo: qui me redemit suo pretioso Sanguine, ille me benedicat, † cu-

stodiat, regat, atque ab omni malo defendat, in omni opere bono semper confirmet, et post hanc miseram vitam perducatur ad vitam aeternam. Amen.

Benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor, virtus, et fortitudo Deo nostro in saecula saeculorum. Amen.

Jesus centrum cordis mei, et pars mea, Deus in aeternum.

Maria Mater gratiae,
Dulcis Parens Clementiae,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.

Angele Dei, qui Custos es mei, me tibi commissum pietate superna, hodie illumina, custodi, regere et gubernare.

Sancte Pater Francisce, et Sancti Patroni, et Advocati mei, vestra tutela me circumvallate, ut non accedat

dat
app
bon
meu
ago
Vir
um
te A
cisc
Patr
omn
te h
pec
ad h
fide
legi
cilia
tiaru

dat ad me malum et flagellum non
appropinquet tabernaculo meo.

Ad orandum compositus dic:

O misericordissime Deus, omne
bonum meum, Pater mi, Solatium
meum, et Deus meus! gratias tibi
ago. Tibi quoque, O benignissima
Virgo Maria, Consolatrix viventium,
O pia Mater morientium! Sancte
Angele Custos, Beate Pater Fran-
ciscce, ac vobis amantissimi Sancti
Patroni, et Advocati mei N. N. ac
omnibus Sanctis gratias ago pro noc-
te hac feliciter transacta, quod in
peccatis mortuus non fuerim, sed
ad hanc usque diem servatus, ut per
fidem, poenitentiam, ac Christianae
legis opera gratiam Dei mihi con-
ciliare valeam.

O clementissime Deus! in gra-
tiarum actionem ad te primum su-

spiritum, et aestus cordis mei, tibi me totum, qualemcunque quantum, omnes animae vires, et corporis sensus, et omnia offero, et immolo: ut de me, meisque omnibus, tanquam de tuis, statuas, vitam meam ad tui Nominis gloriam dirigas, bonis suggestionibus intellectum illustres, fervore charitatis affectum ad te moveas, sensus, sermones, et actus meos ad animae meae, et proximi salutem componas.

O piissime Jesu! rogo te, ut hodierna die ab omni peccato me custodias, ne cogitatione, verbo, vel opere, aut negligentia divinam Majestatem ullo modo offendam.

O amantissime Deus: fac me similiter transacta die feliciter ad honorem tuum vesperum videre: si autem mihi hunc subtrahis, et hodie mihi ex hoc saeculo migrandum

est, fiat sancta voluntas tua. Fac saltem, Pater misericordiarum, benigne cum servo tuo, salva me in te sperantem, ne hora improvisa me corripiat: nec dies tua ut fur mihi adveniat. In manus tuas commendo spiritum meum: In te Domine speravi, non confundar in aeternum: et idem omnibus fidelibus concede, oro, et maxime illis, pro quibus orare teneor.

Ad signum sanctæ Crucis.

A te Crucifixe amor mi, Jesu dulcissime! accipiam signum sanctæ Crucis in † fronte, † ore, et in † corde, ut in aeternum vivam sub tua protectione. Concede mihi hodie, et in omni tempore vitæ meæ currere viam mandatorum tuorum sub hoc vexillo S. Crucis, ut contra hostiles insultus mundi, carnis, et

diaboli, fortiter praeliando victoriam, ac tandem bravium vitae aeternae reportem. Amen.

Has quatuor sacras litteras I. N. R. I. pollice in fronte scribe, simul et nomina significata dic, quae plurimum valent contra subitanam, et improvisam mortem.

Jesus Nazarenus Rex Iudaeorum. Hic titulus triumphalis Jesu Christi Salvatoris mei praeservet me a subitanea, improvisa, et mala morte. Amen.

Efficacissima intentio actibus diurnis quotidie praemittenda.

O Deus meus et omnia! o amor meus et omnia! gaudeo, et gratulor Tibi ex intimo corde tuam infinitam Essentiam, omnesque tuas infinitas perfectiones, quod sis, qui es Deus summe potens, sapiens, bonus, justus, misericors, summus

Bonum nostrum. Tibi offero hodie-
na die sanctissimam Passionem Uni-
geniti Filii tui Domini nostri Jesu
Christi, merita B. V. Mariae, et om-
nium Sanctorum, omnia Sacrificia,
et bona opera unquam facta, et fa-
cienda etiam possible, idque illa
ipsa intentione, qua tibi oblata fue-
runt, et in unione illius sanctissimae
intentionis, ac sacratissimae Passio-
nis, et meritorum B. V. Mariae, et
omnium Sanctorum. Trado me tibi
in servum perpetuum, foedere sem-
piterno, offerens tibi me totum,
corpus, et animam meam, omnes-
que meas potentias, memoriam, in-
tellectum et voluntatem, omnes me-
as operationes, cogitationes, et vo-
litiones, omnia mea verba, charac-
teres, et syllabas, quas legero, scrip-
sero, audivero, etc. omnes meos mo-
tus, et pulsus cordis, et arteriarum

mearum omnesque meos gressus, halitus, et respirationes in aeternam tuam laudem et gloriam; et utinam coram oculis tuis quodlibet tibi particulatim ita placeret, aut placere posset, sicut tibi placuerunt Passio dilectissimi Filii tui D. N. J. Christi merita B. V. Mariae, et omnium Sanctorum in simul collecta. Utinam haberem omnes affectus bonos omnium omnino creaturarum, etiam possibilium in unum collectos, vellem te Deus meus actu intensissimo, et indissolubili amplecti, amare, laudare, glorificare, etc. Dono tibi, et redono, quoties imaginabile est, Vitam, Passionem, et Sanguinem tuum, o dilectissime Jesu, et hanc meam intentionem, et affectum quoad omnia ratum, renovatum, repetitum, et replicatum volo, et opto toties, quoties respiravero, imo

singulis momentis toties, quot sunt indivisibilia in toto mundo, aut essent, si essent infiniti mundi: verbo, quoties imaginabile est, aut tu scis replicari posse. Interim tamen benignissime Jesu! dum ego hodierna die quiesco, laboro, aut alias non cogito, hanc meam intentionem et affectum tu semper renova, repete, et Deo meo me praesenta. Amen.

Pactum cum DEO.

Deus omnipotens! ex amore, et desiderio te hac tota die laudandi, sanctifico, dico, et consecro tibi omnes pulsus et motus cordis, et omnium arteriarum mearum, hocque pactum tecum in eo, quod omnes eorum motus idem significant, quod haec verba: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.* Quam significationem praefatis motibus

inditam velim, adeo, quo a tua divina Majestate per eosdem idem intelligatur, quantum intelligitur per illud coeleste canticum a Seraphinis decantatum: Fiat, fiat. Amen.

Pactum majus singulis septimanis renovandum.

Domine Deus Creator meus! tu scis desiderium meum, et gemitus meus a te non est absconditus. Sed quia praesentis vitae necessitates minus sinunt mentem laudi tuae intendere, ideo tale pactum, quod hac tota septimana firmum permaneat, tecum in eo.

Quoties Coelum suspexero, toties gratulabor et congaudebo tibi ob infinitas perfectiones tuas, quod sis, qui es, summe potens, sapiens, benignus, et justus.

Quoties oculum clausero, vel

aperuero, toties rata et grata habeo omnia opera, et actiones, quas Unigenitus tuus, et omnes Sancti ac justii ad laudem tuam unquam fecerunt, et deinceps facient, meque horum participem fieri desidero.

Quoties halitum traxero, toties offero tibi Vitam, Passionem, et Sanguinem Domini nostri Jesu Christi, omniumque Sanctorum merita et passiones in laudem aeternam, et salutem universitatis, omniumque totius mundi peccatorum satisfacti-
onem.

Quoties suspiravero, toties detestor, et abominor omnia, et singula peccata tam mea, quam omnium hominum, ab initio mundi contra honorem Nominis tui perpetrata, quae utinam meo sanguine aliquatenus compensari possent.

Demum quoties manum vel pe-

dem movero, toties ex amore tui pro-
jicio, et resigno me totum in tuam
sanctissimam voluntatem, optans, ut
de me in tempore et aeternitate dis-
ponas juxta tuum laudabilissimum
beneplacitum. Et haec quinque pac-
ta, ne unquam irritari possint, sacra-
tissimis quinque vulnerum tuorum
sigillis obsigno, eaque rata, ac vali-
da esse volo, licet tunc, cum unum
de iisdem edidero, de iisdem mini-
me cogitarem. Amen.

Ad beatissimam Virginem.

Spes animae meae post Deum
Virgo Maria! in illam commenda-
tionem, in illam fidem, qua te di-
lectus Filius tuus Dominus noster
Jesus Christus dilecto discipulo suo
Joanni commendavit, commendo
tibi hodie et semper corpus meum,
animam meam, horam exitus a cor-

pore animae meae, et omnes actus meos, ac precor te, ut serves me a peccatis, a scandalo, ab omni confusione humana, ab immundis cogitationibus, ab omni mortali peccato, a subitanea, improvisa, et mala morte, et ab omnibus periculis animae et corporis: nec unquam me in tale permittas labi peccatum, quo gratiam Dei amittam: Da mihi de praeteritis emendationem, de imminentibus effugium, et de futuris cautelam: Da mihi in hac vita contra omnia adversa promptum adiutorium, et esto mihi in tremendo iudicio Advocata apud dilectum Filium tuum Dominum nostrum Jesum Christum. Amen.

Ad S. Angelum Custodem.

Obsecro te, Angelice Spiritus, ex ordinatione divina Custos, et Tu-

tor mei fidelissime, ut me in via pacis, prosperitatis, et salutis hodie et semper dirigas, atque ab omni malo spiritu defendas. Assiste mihi fidei custodia, ut te adjuvante sentiam efficac Dei auxilium, quo server a lapsu, et periculis: in gratia vero, bonisque operibus, et Dei Creatoris mei cultu ac amore constans permaneam, eumque una tecum, et Sanctis omnibus laudem per omnia saecula saeculorum. Amen.

Ad sanctos Patronos.

O sancte Pater Francisce, et vos mihi singulariter dilecti sancti Patroni, et Advocati mei N. N. congaudeo, et congratulor ex animo gloriae et felicitati vestrae: sed suspirat et anhelat ad vos gemens ac tremens anima mea inter tot hostes, et salutis discrimina. Vos mei, Clientis

vestri, memores estote, et obtinete mihi gratiam Dei validam, et efficacem, ut fortiter hostibus meis mundo, carni, et diabolo resistam, et ne ullis unquam ipsorum insidiis, et viribus succumbam, sed Christo Jesu, Salvatori meo, usque ad mortem exemplo vestro constanter adhaeream, ut nunc vobis in gratia, et tunc conjungar in gloria, Deum una vobiscum laudem per omnia saecula saeculorum. Amen.

Pro Defunctis.

O piissime Jesu! miserere animabus in purgatorio detentis, pro quibus redimendis humanam naturam assumpsisti, mortemque amarissimam subiisti: Miserere gemituum, miserere lacrymarum, quas ad te fundunt, et per virtutem sanctissimae Passionis tuae condona eis

poenas pro peccatis ipsarum debitas. Descendat, piissime Jesu! pretiosus Sanguis tuus in purgatorium, et recreet, ac refrigeret ibi captivas, et patientes: porrige eis dexteram tuam, et ducas eas in locum refrigerii, lucis, et pacis. Amen.

Pater noster, et Ave Maria.

Dominus me † benedicat, et ab omni malo defendat, et ad vitam perducatur aeternam. Et fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen.

Actus præcipuarum virtutum,

Frequenter coram Deo exercendi.

Adoro te sanctissima TRINITAS, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, tres Personae, unus et solus Deus.

Dejicio me in abyssum mei nihili, sub conspectu divinae Majestatis tuae.

Credo firmissime, paratus mille vitas profundere in contestationem omnium eorum, quae nobis in sacra Scriptura revelasti, et per Ecclesiam tuam credenda proposuisti.

Omnem spem meam in te colloco, et quidquid possum habere boni, sive spiritualis, sive corporalis, et in hac, et in altera vita, id totum desidero, spero, et volo solum consequi de tua manu, Deus meus, Vita mea, et unica Spes mea.

Consigno tibi hodie et in perpetuum corpus et animam meam, omnes potentias meas, memoriam, intellectum, voluntatem et omnes sensus meos.

Protestor, me non consentire, neque consensurum unquam, quan-

tum in me est, in ullam rem, quae fiat vel cum minima offensa tuae divinae Majestatis.

Propono firmissime, impendere omne esse meum, facultates ac vires meas ad servitium et gloriam tuam.

Paratus sum suscipere omnes adversitates, quas mihi paterna tua manus immiserit, ad dandum gustum beatissimo cordi tuo.

Vellem me totum, quantus, quantus sum impendere, et procurare, ut ab omnibus tibi serviatur, atque omnes homines te glorificent, et ament Deum Creatorem suum.

Gaudeo summe de tua aeterna felicitate, et exulto de tua tam magna gloria in coelo, et in terra.

Gratias tibi ago infinitas, pro innumeris beneficiis, quae mihi, et toti mundo collata sunt, et indies

incessanter a benignissima tua providentia conferuntur.

Anno tuam infinitam Bonitatem propter seipsam, ex toto affectu cordis, et animae meae, et vellem, si possem, amare eo amore, quo te amant Angeli, et homines justī, cum quorum amore conjungo imperfectissimum amorem meum.

Offero divinae Majestati tuae in unione meritorum Passionis, Vitae, et Mortis Christi, beatissimae semper Virginis, et omnium Sanctorum, ex nunc, et pro semper omnia opera mea, pretiosissimo Sanguine Jesu Redemptoris nostri lota, et involuta.

Statuo omnino, participem me facere, quantum possibile est, Indulgentiarum per actiones hujus diei, et illas applicare per modum suffragii pro animabus purgatorii.

Volo etiam omne illud, quod

possum, offerre in poenitentiam et satisfactionem meorum peccatorum.

Deus meus, cum tu sis infinite dignus omni amore et servitio, siquidem tu es qui es: doleo, quantum possum, maxime de omnibus meis peccatis, illaque detestor supra omnia alia mala: peto humillime veniam, facioque firmissimum propositum, nunquam offendendi tuam Bonitatem in aeternum.

In tua vulnera me projicio, o Jesu! ibi me absconde, et defende, hodie et semper, donec mihi largiaris gratiam videndi te, et amandi in aeternum. Amen.

JESUS, MARIA, JOSEPH!

Vobis dono cor meum, et animam
meam.

Septem Psalmi
POENITENTIALES.

Cum Litaniiis et Precibus.

Antiph. Ne reminiscaris Domine etc.

Psalmus 6.

Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine usquequo?

Convertere Domine, et eripe animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lava-

bo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam; Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, et conturbentur vehementer omnes inimici mei; convertantur, et erubescant valde velociter.

Gloria Patri, etc.

Psalmus 31.

Beati, quorum remissae sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum: nec est in spiritu ejus dolus.

Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea: dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua: conversus sum in aerumna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci: et injustitiam meam non abscondi.

Dixi: Confitebor adversum me injustitiam meam Domino: et tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis Sanctus: in tempore opportuno.

Verumtamen in diluvio aquarum multarum; ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum a tribulatione, quae circumdedit me; exul-

tatio mea erue me a circumdanti-
bus me.

Intellectum tibi dabo, et instru-
am te in via hac, qua gradieris: fir-
mabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus:
quibus non est intellectus.

In camo et fraeno maxillas eo-
rum constringe: qui non approxi-
mant ad te.

Multa flagella peccatoris: spe-
rantem autem in Domino miseri-
cordia circumdabit.

Laetamini in Domino, et exul-
tate justi: et gloriamini omnes rec-
ti corde.

Gloria Patri, etc.

Psalmus 37.

Domine, ne in furore tuo arguas
me: neque in ira tua corripias me.
Quoniam sagittae tuae infixae

sunt mihi: et confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea a facie irae tuae: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meae supergressae sunt caput meum: et sicut onus grave gravatae sunt super me.

Putruerunt, et corruptae sunt cicatrices meae: a facie insipientiae meae.

Miser factus sum, et curvatus sum usque in finem; tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum, et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne desiderii-

um meum: et gemitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum.

Amici mei, et proximi mei: adversum me appropinquaverunt, et steterunt.

Et qui juxta me erant, de longe steterunt: et vim faciebant, qui quaerebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam: et sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te Domine spera-

vi: tu exaudies me Domine Deus meus.

Quia dixi: Ne quando supergaudeant mihi inimici mei: et dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: et cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt, qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne discesseris a me.

Intende in adjutorium meum: Domine Deus salutis meae.

Gloria Patri, etc.

Psalmus 50.

Miserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mun-

dabor: lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium, et laetitiam: et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: et Spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui: et Spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meae: et exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine labia mea aperies: et os
meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrifici-
um, dedissem utique: holocaustis
non delectaberis.

Sacrificium DEO spiritus contri-
bulatus: cor contritum, et humiliat-
um Deus non despicias.

Benigne fac Domine in bona
voluntate tua Sion: ut aedificentur
muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium ju-
stitiae, oblationes, et holocausta:
tunc imponent super altare tuum
vitulos.

Gloria Patri, etc.

Psalmus 101.

Domine exaudi orationem me-
am: et clamor meus ad te veniat.

Non avertas faciem tuam a me:
in quacumque die tribulor, incli-
na ad me aurem tuam.

In quacumque die invocavero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremum aruerunt.

Percussus sum ut foenum, et aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei: adhaesit os meum carni meae.

Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nyctiorax in domicilio.

Vigilavi: et factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: et qui laudabant me, adversum me jurabant.

Quia cinerem tamquam panem manducabam: et potum meum cum fletu miscebam.

A facie irae et indignationis tuae: quia elevans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinaverunt: et ego sicut foenum arui.

Tu autem Domine in aeternum permanes: et memoriale tuum in generationem, et generationem.

Tu exurgens misereberis Sion: quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus: et terrae ejus miserebuntur.

Et timebunt Gentes nomen tuum Domine: et omnes reges terrae gloriam tuam.

Quia aedificavit Dominus Sion: et videbitur in gloria sua.

Respexit in orationem humilium: et non sprevit precem eorum.

Scribantur haec in generatione altera: et populus, qui creabitur, laudabit Dominum.

Quia prospexit de excelso sancto

suo: Dominus de coelo in terram aspexit.

Ut audiret gemitus compeditorum: ut solveret filios interemptorum.

Ut annuntiet in Sion nomen Domini: et laudem ejus in Jerusalem.

In conveniendo populos in unum: et reges ut serviant Domino.

Respondit ei in via virtutis suae; paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne revoces me in dimidio dierum meorum: in generationem et generationem anni tui.

Initio tu Domine terram fundasti: et opera manuum tuarum sunt coeli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes: et omnes sicut vestimentum veterascent.

Etsicut opertorium mutabis eos,

et mutabuntur: tu autem idem ipse
es, et anni tui non deficient.

Filii servorum tuorum habitabunt: et semen eorum in saeculum dirigetur.

Gloria Patri, etc.

Psalmus 129.

De profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes: in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris Domine: Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbum eius: speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri, etc.

Psalmus 142.

Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: exaudi me in tua justitia.

Et non intres in iudicium cum servo tuo: quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos saeculi: et anxius est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum,

meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine: defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam a me: similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine vivificabis me in aequitate mea.

Educes de tribulatione animam
meam: et in misericordia tua di-
sperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant
animam meam: quoniam ego ser-
vus tuus sum.

Gloria Patri, etc.

Antiphona. Ne reminiscaris Do-
mine delicta nostra, vel parentum
nostrorum, neque vindictam sumas
de peccatis nostris.

LITANIAE.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de Coelis Deus, }
Fili Redemptor mundi Deus, }
Spiritus Sancte Deus, }
Sancta Trinitas unus Deus, }
nobis.

Sancta Maria, }
Sancta DEI Genitrix, }
Sancta Virgo Virginum, }
Sancte Michael, }
Sancte Gabriel, }
Sancte Raphael, }
Omnes sancti Angeli et Archangeli }
orate pro nobis.

Omnes sancti beatorum Spirituum }
Ordines, orate pro nobis.

Sancte Joannes Baptista, } ora pro
Sancte Josephe, } nobis.
Omnes sancti Patriarchae et Pro-
phetae, orate pro nobis.

Sancte Petre, }
Sancte Paule, } ora pro nobis.
Sancte Andrea, }
Sancte Jacobe, }

Sancte J
Sancte T
Sancte J
Sancte P
Sancte B
Sancte M
Sancte S
Sancte T
Sancte M
Sancte B
Sancte L
Sancte M
Omnes sa
stae, o
Omnes sa
rate pr
Omnes sa
nobis.
Sancte St
Sancte L
Sancte Vi

Sancte Joannes,
Sancte Thoma,
Sancte Jacobe,
Sancte Philippe,
Sancte Bartholomaeae,
Sancte Matthaeae,
Sancte Simon,
Sancte Thaddaeae,
Sancte Mathia,
Sancte Barnaba,
Sancte Luca,
Sancte Marce,

Omnes sancti Apostoli et Evangelistae, orate pro nobis.

Omnes sancti Discipuli Domini, orate pro nobis.

Omnes sancti Innocentes, orate pro nobis.

Sancte Stephane,
Sancte Laurenti,
Sancte Vincenti, } ora pro nobis.

ora pro nobis.

nobis.

geli

tuum

pro
bis.

Pro

bis.

Sancti Fabiane et Sebastiane,
Sancti Joannes et Paule,
Sancti Cosma et Damiane,
Sancti Gervasi et Protasi,
Omnes sancti Martyres,
Sancte Silvester,
Sancte Gregori,
Sancte Ambrosi,
Sancte Augustine,
Sancte Hieronyme,
Sancte Martine,
Sancte Nicolae,
Omnes SS. Pontifices, et Confesso
res, orate pro nobis.
Omnes sancti Doctores, orate pro
nobis.

Sancte Antoni,
Sancte Benedicte,
Sancte Bernarde,
Sancte Dominice,
Sancte Francisce,

} orate pro nobis.

} ora pro nobis.

} ora pro nobis

Om
o
Om
o
San
San
San
San
San
San
San
Om
or
Om
ce
Prop
Prop
Ab on
Ab on
Ab ira
A sub
te,

Omnes sancti Sacerdotes et Levitae,
orate pro nobis.

Omnes sancti Monachi et Eremitae,
orate pro nobis.

Sancta Maria Magdalena,

Sancta Agatha,

Sancta Lucia,

Sancta Agnes,

Sancta Caecilia,

Sancta Catharina,

Sancta Anastasia,

Omnes sanctae Virgines et Viduae,
orate pro nobis.

Omnes Sancti, et Sanctae Dei, inter-
cedite pro nobis.

Propitius esto, Parce nobis Domine.

Propitius esto, Exaudi nos Domine.

Ab omni malo,

Ab omni peccato,

Ab ira tua,

A subitanea et improvisa mor-
te,

ora pro nobis.

libera nos
Domine.

Ab insidiis diaboli,
Ab ira, et odio, et omni mala
voluntate,
A spiritu fornicationis,
A fulgure et tempestate,
A morte perpetua,
Per *Mysterium sanctae Incarna-
tionis tuae,*
Per *Adventum tuum,*
Per *Nativitatem tuam,*
Per *Baptismum et sanctum Je-
junium tuum,*
Per *Crucem et Passionem tuam,*
Per *Mortem et Sepulturam tu-
am,*
Per *sanctam Resurrectionem tu-
am,*
Per *admirabilem Ascensionem
tuam,*
Per *Adventum Spiritus sancti
Paracliti,*
In die *Judicii,*

Libera nos Domine.

Peco
Ut n
Ut n
Ut a
pe
Ut E
ge
Ut D
ne
sa
di
Ut i
h
Ut R
sti
co
Ut cu
cer
ne
Ut no
vit
dig

Peccatores,
Ut nobis parcas,
Ut nobis indulgeas,
Ut ad veram poenitentiam nos
perducere digneris,
Ut Ecclesiam tuam sanctam re-
gere et conservare digneris,
Ut Domnum Apostolicum et om-
nes Ecclesiasticos Ordines in
sancta Religione conservare
digneris,
Ut inimicos sanctae Ecclesiae
humiliare digneris,
Ut Regibus et Principibus Chri-
stianis pacem et veram con-
cordiam donare digneris,
Ut cuncto populo Christiano pa-
cem et unitatem largiri dig-
neris,
Ut nosmetipsos in tuo sancto ser-
vitio confortare et conservare
digneris,

te rogamus audi nos.

Ut mentes nostras ad coelestia
desideria erigas ,

Ut omnibus benefactoribus no-
stris sempiterna bona retri-
buas ,

Ut animas nostras, fratrum, pro-
pinquorum, et benefactorum
nostrorum ab aeterna damna-
tione eripias ,

Ut fructus terrae dare et conser-
vare digneris ,

Ut omnibus fidelibus defunc-
tis requiem aeternam donare
digneris ,

Ut nos exaudire digneris ,

Fili DEI ,

Agnus Dei, qui tollis peccata mun-
di, parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mun-
di, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mun-
di, miserere nobis.

te rogamus audi nos.

tion

tend

festi

qui

besc

qui

nes,

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

V. Et ne nos inducas in tenta-
tionem.

R. Sed libera nos a malo.

Psalmus 69.

Deus in adjutorium meum in-
tende: Domine ad adjuvandum me
festina.

Confundantur, et revereantur:
qui quaerunt animam meam.

Avertantur retrorsum, et eru-
bescant: qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes:
qui dicuntur mihi: Euge, euge.

Exultent, et laetentur in te om-
nes, qui quaerunt te, et dicant sem-

per: Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egenus et pauper sum:
Deus adjuva me.

Adjutor meus, et liberator meus
es tu: Domine ne moreris.

Gloria Patri, etc.

V. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus sperantes in te.

V. Esto nobis, Domine, turris
fortitudinis.

R. A facie inimici.

V. Nihil proficiat inimicus in
nobis.

R. Et filius iniquitatis non ap-
ponat nocere nobis.

V. Domine non secundum pec-
cata nostra facias nobis.

R. Neque secundum iniquita-
tes nostras retribuas nobis.

V. Oremus pro Pontifice no-
stro N.

R. Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum ejus.

V. Oremus pro benefactoribus nostris.

R. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum, vitam aeternam, Amen.

V. Oremus pro fidelibus defunctis.

R. Requiem aeternam dona eis Domine, et lux perpetua luceat eis.

V. Requiescant in pace.

R. Amen.

V. Pro fratribus nostris absentibus.

R. Salvos fac servos tuos, Deus meus sperantes in te.

V. Mitte eis Domine auxilium de Sancto.

R. Et de Sion tuere eos.

V. Domine exaudi orationem
meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, cui proprium est misere-
ri semper, et parcere, suscipe de-
precationem nostram: ut nos et om-
nes famulos tuos, quos delictorum
catena constringit, miseratio tuae
pietatis clementer absolvat.

Exaudi, quaesumus Domine,
supplicum preces, et confitentium
tibi parce peccatis: ut pariter nobis
indulgentiam tribuas benignus et
pacem.

Ineffabilem nobis, Domine, mi-
sericordiam tuam clementer osten-
de: ut simul nos et a peccatis omni-

bus exuas, et a poenis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice, et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte.

Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro N. et dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis aeternae: ut te donante tibi placita cupiat, et tota virtute perficiat.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem, ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

Ure igne sancti Spiritus renes nostros, et cor nostrum, Domine:

ut tibi casto corpore serviamus, et mundo corde placeamus.

Fidelium Deus omnium Conditor et Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur.

Actiones nostras, quaesumus Domine, aspirando praeveni, et adjuvando proseguere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te coepta finiatur.

Omnipotens sempiternae Deus, qui vivorum dominaris simul et mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide et opere futuros esse praenoscis: te supplices exoramus, ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel praesens saeculum adhuc in carne retinet, vel

futurum jam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuae clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

V. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dominus.

R. Amen.

V. Et fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace.

R. Amen.

ORATIONES

ante Confessionem Sacramentalem.

Domine Deus, qui illuminas om-

nem hominem venientem in hunc mundum, illumina, quaeso splendore gratiae tuae cor meum, ut sufficienter cognoscam delicta et peccata mea, eaque cum vero cordis dolore et contritione confitear, sicut oportet coram te, et Sacerdote ministro tuo, ac plene pro iisdem satisfaciam, eaque emendem, ad laudem et gloriam tuam, et benedictae Matris tuae, ac Sanctorum omnium, ad salutem animae meae. Amen.

*Hic fiat Examen Conscientiae.
Actus contritionis.*

Domine Jesu Christe, verus DEUS, et homo, Creator, ac Redemptor meus, poenitet me ex toto corde, quod offenderim te Dominum et Deum meum, quem amo super omnia. Et propono firmiter amplius non peccare, omnesque peccandi oc-

casiones devitare, confiteri, et implere poenitentiam, quae mihi fuerit injuncta. Et in satisfactionem peccatorum meorum offero tibi sacratissimam Vitam, Passionem, ac Mortem tuam, totumque pretium Sanguinis tui pro nobis effusi, merita quoque B. semper Virginis Mariae et omnium Sanctorum, atque omnia opera mea, et totam vitam meam. Et confido in bonitate et misericordia tua infinita, quod per merita pretiosi Sanguinis tui mihi remissurus sis omnia delicta mea, et gratiam uberem largiturus, qua vitam sancte instituere, tibi que perfecte usque in finem servire valeam. Qui cum Patre, sanctoque Spiritu vivis, et regnas Deus in saecula benedictus. Amen.

ORATIO

Immediate ante Confessionem.

☉ Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis! Ecce ego prostratus ante te, acerbissime doleo, quod offenderim te summum Bonum: confidens in misericordia tua de segura venia peccatorum meorum, quae modo omnia integre et humiliter volo confiteri, et vitam meam, adjuvante tua divina gratia, serio emendare. Et tu o Virgo gloriosissima, Mater DEI Maria! interveni pro me. Sancte Pater Franciscus, vos sancti Patroni mei N. N. omnesque coeli cives orate pro me misero peccatore. Et quia ego non sum sufficiens ad impetrandam hanc gratiam, rogo te mi sancte Angele Custos, ut offeras hanc bonam voluntatem meam Patri meo aeterno, ut

hanc confessionem perfecte faciam
ad laudem et gloriam Dei et salu-
tem animae meae. Amen.

Pectus ter tundendo dic:

O JESU Fili DEI vivi, miserere
mei: Jesu mi, poenitet me, te offen-
disse: Jesu pie, propitius esto mihi
misero peccatori.

POST CONFSSIONEM SACRA-
mentalem.

Psalmus 102.

Benedic anima mea Domino: et
omnia, quae intra me sunt, nomini
sancto ejus.

Benedic anima mea Domino: et
noli oblivisci omnes retributiones
ejus.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia, et miserationibus.

Miserator et misericors Dominus: longanimis, et multum misericors.

Non secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quantum distat ortus ab occidente: longe fecit a nobis iniquitates nostras.

Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognovit figmentum nostrum.

Benedicite Domino omnes Angeli ejus: Ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.

Benedicite Domino omnia opera ejus, in omni loco dominationis ejus: benedic anima mea Domino.

Gloria Patri, etc.

Sit tibi Domine, obsecro, meritis B. semper Virginis Genitricis tuae Mariae, et omnium Sanctorum, grata et accepta ista Confessio mea, et quidquid mihi defuit nunc, et alias de sufficientia contritionis, de puritate et integritate confessionis, suppleat pietas et misericordia tua, et secundum illam digneris me habere plenius et perfectius absolutum in coelo. Qui vivis et regnas, etc.

Propositum emendationis.

O amantissime Jesu! regressus sum, sicut filius prodigus ad brachia, et amplexus tuae divinae bonitatis; ah me miserum! quae nubes tam densa affectus ita depravatos efficere

potuit, ut non viderem, et amarem te Solem veritatis? Caecus fui, cum te offendi, et amavi caecitatem meam.

O infelix tempus, in quo te non cognovi! O misera caecitas, in qua te non vidi! O nefanda surditas, in qua non audivi voces tuas! O durum, et infatuatum cor meum, quod se immiscuit pulchritudini, et amori corruptibili tuarum creaturarum, te deserens, qui es pulchritudo, et bonitas aeterna.

Sed o bonitas infinita! tu mihi oculos aperuisti, ut agnoscerem, et horrerem omnia peccata mea propter te, et ut cognoscerem, et amarem te super omnia.

Sero quidem te amavi, o amor aeternae! faciam, quod nunquam feci, exhibebo me imposterum ex tota anima mea tibi gratum.

Procul hinc esto vita vetus, procul profanae deliciae; procul honores vani, procul omne peccatum.

In aeternum, o piissime Jesu! non recedam amplius ab amicitia, et gratia tua, nunquam per ullum peccatum mortale elongabor a te.

O amantissime Jesu! si vis, potes me ita mundare, ut te non offendam amplius. Dic mihi, o pie Jesu! obsecro, quod dixisti olim leproso: Volo, mundare. Dic mihi, quod dixisti paralitico: Ecce sanus factus es, jam noli amplius peccare.

Ita propono, ita profiteor, et protestor coram divina tua Majestate, coram beatissima Virgine Maria, beato Patre Francisco et tota coelesti curia, me non velle amplius peccare gratia tua divina.

At, o clementissime Jesu! agnosco debilitatem, et inconstantiam

meam, agnosco perversos mores meos, scio quam sim fragilis, scio, quam saepe, quam graviter, quam temere tuam Majestatem offenderim: saepe volui, et statui custodire judicia justitiae tuae, et eheu! quoties fui foedifragus, et infidelis. Hodie tamen non meis fidens viribus, sed tua fretus gratia, statuo firmissime, ab hac hora nunquam amplius peccare, nunquam amplius amare ullam creaturam plus, quam te. Confirma hoc meum propositum, Deus meus, sigillo gratiae tuae. Amen.

Oratio peccatoris ad B. V. Mariam.

O praestantissima Regina coeli, Virgo Maria! quando miseros nos premit, et angit immensus cordis dolor, metus aut moeror, nec ullus unquam patet effugiendi locus, hoc unicum dumtaxat nobis reliquum

est, ut oculos nostros ad te levemus, et quidem semper, maxime vero in extrema mortis hora te benignam Adjutricem, et Consolatricem optemus. Tu namque es omnium peccatorum Mediatrix apud dilectum Filium tuum, ita, ut quo quis se sentit pluribus peccatis irretitum, tanto justius sibi videatur ad te accedere, et quanto est sceleratior, tanto majori jure ad te properare se putet. Tu es unicum peccatorum refugium, ad te respiciunt multorum gemebundi oculi, et suspirant quam plurima saucia, et misera corda. Eja ergo benignissima Virgo Maria! illos misericordes oculos, quos certe a nullo unquam peccatore, nec ab ullo misero, et destituto, ac desolato homine avertere potuisti, ad me miserum converte, accipe me in fidem, et tutelam tuam; siquidem

consolatio, et spes mea in te sita est. O quam innumeri peccatis dediti jam Deum deseruerant, omnemque coelestis patriae coetum, et Deum ipsum abjuraverant, negaverant, et in desperationis voraginem se precipites dederant, atque a Deo misere separati erant, qui tamen tibi innitentes, et ad te confugientes, benigne a te servati sunt, donec te intercedente apud Deum in gratiam restituerentur. Et quis tam immanis uspiam peccator est, qui tot flagitiis sese adstrinxerit, idem recogitans, animum, et spem bonam non concipiat? Tu plane es unica singularis, et fidelissima peccatorum Consolatrix. Te immensa Dei benignitas adeo fecit cunctis peccatoribus amabilem, ut superabundans pietas et benevolentia tua non possit nos non afficere, et recreare. O quoties

tremendi Judicis severam justitiam aut mitigasti, aut avertisti! O quoties apud Filium tuum dilectum nobis gratiam, et consolationem impetrasti! Citius coelum cum terra periret, quam tu aliquem serio te implorantem tua ope destitueres: revera tu es, et vere diceris Mater misericordiae, immaculata Virgo Maria, Regina clementissima, Domina coeli, et terrae. Exurge nunc, exurge, et Mediatricem, et Consolatricem te pro me exhibe apud dulcissimum Filium tuum Jesum Christum Dominum nostrum, ut ipse obtui gratiam cuncta peccata mea deleat, me sibi gratum efficiat, et ad vitam perducatur aeternam. Amen.

O felix MARIA! Tu Mater DEI, Tu Mater rei, Tu Mater judicis, Tu Mater exulis, cum sis Mater utriusque Filii, ne sinas filium reum

damnari per Filium DEUM: sed
materna pietate procura, ut filius re-
us reconcilietur Filio, qui est Deus:
et per Filium Judicem recipe filium
exulem in Patriam, o felix MARIA.
Amen.

ORATIO

*Sacerdotis ante administrationem
Sacramenti poenitentiae.*

Domine Jesu Christe, hoc sacrum
poenitentiae Sacramentum admini-
strare volo in amore illo superexcel-
lenti, quo illud sanctificasti, cum
prae vehementissimo salutis nostrae
desiderio illud instituisti, et ab Apo-
stolis eorumquè successoribus ad-
ministrari voluisti, ad laudem Dei
Patris, et salutem totius generis hu-
mani, rogans, ut in unione amoris

tui tam mihi, quam omnibus et singulis, quibus illud administrabo, cedat in augmentum salutis, et beatitudinis aeternae. Spiritus sancti gratia ita illuminet, accendat, et conservet sensus meos et cor meum, ut juxta tuum summum beneplacitum injunctum ministerium perficere, et ab omni tentationum incurso praemuniri, et praeservari merear. In nomini Patris † et Filii, † et Spiritus † sancti. Amen.

Post administrationem.

Domine JESU Christe, Fili DEI vivi! suscipe hoc obsequii mei ministerium in amore illo superdignissimo, quo beatam Mariam Magdalenam, et omnes ad te confugientes peccatores absolvisti. Et quidquid in Sacramenti hujus administratione negligenter, minusve digne per-

feci, ut per te supplere, et satisfacere digneris, oro: omnes et singulos, qui mihi modo confessi sunt, commendo dulcissimo cordi tuo, rogans, ut eosdem custodias, et a maligna recidiva praeserves, atque post hujus vitae miseriam tecum ad gaudia aeterna perducas. Amen.

ORATIONES
ante et post Ss. Communionem.

Intentio.

Sacrosancta Trinitas unus Deus! divinae Majestati tuae hanc sacram Corporis Domini Nostri Jesu Christi sumptionem offero in unione illius amoris, quo Filium Pater in mundum misisti, et illius oblatio-

nis, qua Filius in coena et cruce seipsum pro salute mea obtulit. Cupio sacrum ejus Corpus suscipere cum vehementissimo desiderio, et dignissima reverentia, qua B. Virgo aeternum Verbum suscipiens dixit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, et quam aliquis sanctorum unquam habuit, et sentire potuit.

Ad aeternum tuae Majestatis cultum et honorem, in protestationem supremi in nos Domini, in memoriam et venerationem Incarnationis, Vitae et Mortis Domini mei Jesu Christi. Et offero affectu Deiparae, omnium Sanctorum, et praesertim hujus diei cum sacrificiis omnibus tibi placitis.

Gaudeo, tantum te esse, ut a nulla creatura digne aestimari possis. Filium proinde tibi tuum in sa-

crificium laudis infinita tua Majestate dignum offero.

Offero eundem in gratiarum actionem omnium beneficiorum: Creationis, Redemptionis, Vocationis, Conservationis, Eucharistiae, aliorumque Sacramentorum: eximiorum charismatum Humanitati Christi, Deiparae, Coelitibus, toti mundo, et mihi ingrattissimo collatorum, et conferendorum.

In satisfactionem pro meis, omniumque peccatis, in compensationem offero tibi filium, hostiam placationis gratissimam.

Primario offero Divinae Majestati tuae hanc immaculatam hostiam pro N. N. Deinde pro iis, pro quibus orare teneor. Et juxta hodiernam meam intentionem etiam pro agonizantibus, animabus purgato rii, etc.

Ad Indulgentias consequendas

Devoti affectus.

Ad Christum suscipiendum.

⊙ dies beata, dies amoris mei, nesciens vesperum, non habens occasum, in quo te Jesu mi plene fruar! junge me tibi, amor meus, inseparabili dilectionis vinculo, quia tu solus amanti sufficis.

Quando intuebor te, o bone Jesu, sponse mi! quando te videbo? anima mea Corpus tuum concupiscit, trade te mihi, et sufficit.

Da mihi, amantissime Jesu, ut sumendo Corpus tuum sanctissimum, tibi incendio amoris uniar, et in amore amoris tui moriar.

Inter brachia tua, Jesu mi! confugiam, inter ea me abscondam, et recludam, liceat ibi demorari.

Pone te, ut signaculum super cor meum, ut nullum nisi propter

te diligam ; annulo tuo desponsa te mihi, quia tibi soli juro fidem, tibi me tota devotione commendo.

Saucia, mi Jesu, saucia interiora mea tui amoris jaculo, et torpentem ignibus salutaribus penetra et succende.

Ostende, quaeso, hodie magnalia tua Domine, et glorificetur dextera tua, quia non est spes alia nec refugium mihi, nisi tu Deus meus.

Desiderium.

Accende igitur, mei appetens Jesu! in me tui desiderium ; per illud quo Mater tui amantissima, triduum te perditum quaesivit ; per illud quo tuam Resurrectionem suspiravit ; per illud, quo ardens, post Ascensionem tuam, quotidie Eucharistiae deliciis fruebatur.

C
ria!
miser
ris in
filii t
perce
Unig
rienti
pud f
nigno
quod
tus et
salute
ditum
flos V
miser
et an
ter, e
impet
so, ut
virtut

Oratio ad B. V. M.

O dulcissima Virgo Mater Maria! te deprecor, et exoro, ut mihi miserrimo peccatori assistere digneris in hac hora, qua pretiosissimum filii tui Corpus et Sanguinem sum percepturus, sicut adstitisti eidem Unigenito, pro nobis in cruce morienti. Loquere, obsecro, nunc apud filium tuum pro me, ut tuo benigno auxilio, digne perficiam hoc, quod intendo, menteque purificatus et corpore, ad meam aeternam salutem digne manna illud absconditum merear degustare. O Maria, flos Virginum! contege nunc pallio misericordiae tuae maculas cordis et animae meae; comitare me dulciter, euntem in occursum filio tuo; impetra mihi benedictionem ab ipso, ut illum cum omni divina sua virtute decenter praeparatus, susci-

pere, eidemque reclinatorium gratum et dulce in anima mea praeberere possim.

Aspirationes ante S. Communionem.

Jesu infinite amabilis, et desiderate millies! veni in cor meum, posside illud, et conforma cordi tuo. Veni sol, qui totum mundum illustras, illumina mentem meam. Veni coelestis Auster, et animum perfusa, ut in eo crescant grata tibi virtutum aromata. Veni pluvia divinisima, stillicidio tui pretiosi Sanguinis irriga mentem meam.

O mare gratiarum Jesu! te amplector, veneror caput spinis coronatum, frontem sputis defoedatam, oculos vigiliis marcidos, genas colaphis contusas, saucios cruce hu-

mero
totum
E

vis, e
more
tis, m

Co

Indul

Anim

Corpu

Sangu

Aqua

Passio

O bon

Intra v

Ne per

Ab hos

In hor

Et jub

meros, vulneratum corpus tuum,
totum et totum exosculator.

Exosculator pedes, manusque cla-
vis, et pectus lancea, magis mei a-
more transfixum. Si ferrum admit-
tis, me licet durum non rejicias.

Confiteor etc. Misereatur etc.
Indulgentiam etc.

Dum venerabile suscipis.

Anima Christi sanctifica me;

Corpus Christi, salva me;

Sanguis Christi, inebria me;

Aqua lateris Christi lava me;

Passio Christi conforta me;

O bone Jesu, exaudi me;

Intra vulnera tua absconde me;

Ne permittas me separari a te;

Ab hoste maligno defende me;

In hora mortis meae voca me;

Et jube me venire ad te;

Ut cum sanctis et electis tuis laudem te

In saecula saeculorum. Amen.

Aspirationes post S. Communionem.

Salve mi dulcissime, ac potentissime hospes, Domine Jesu Christe, diu desiderate, anxie quaesite, sollicite adamate. Saluto te ex intimis animae meae visceribus. Adoro te cum Patre, et Spiritu sancto apud me indignissimum commorantem. Benedic anima mea Domino, et omnia, quae intra me sunt Nomini sancto ejus.

Iam habeo te, qui habes omnia: possideo te, qui potes et possides omnia. Quid negabis mihi, cui te fontem bonorum omnium dedisti?

Reforma vires animae meae: da ut clara cognitione, stabili cogitati-

one,
ternu
rem,
do. H
ingre
illius
cor m
re me
tuae c
escata
hil, in
latus
rio hi
nem,
O
meus,
to ben
affectu
amant
me int

one, et ardentissimo amore tibi aeternum adhaeream. Omnem amorem, omnem affectum in te refundo. Habeto clavim cordis mei, ut ingrediaris pro tuo arbitrio, plenus illius Dominus. In te uno fixum sit cor meum pretiosissime Jesu, amore mei crucifixe. Sentiat praesentiae tuae dulcedinem mens mea, ut inescata amore tui, extra te velit nihil, in quo gaudeat. O Vulnera! o latus Christi, animae paradise! haurio hinc cum Chrysostomo Sanguinem, et merita Domini mei.

Gratiarum actio.

O clementissime Jesu, hospes meus, sis cum Patre et Spiritu sancto benedictus infinities omnium SS. affectu. Quam parum amavi sic me amantem! quam parum respexi sic me intuentem! Adoro te omni pos-

sibili affectu omnium creaturarum, apud me, et in omnibus speciebus Eucharisticis existentem. In gratiarum actionem offero tibi, Patri et Spiritui sancto hoc Ss. Sacramentum, omnes laudes et gratias, quas ab instanti Incarnationis tuae tota vita persolvisti, illas etiam, quas B. V. Mater Maria in tui Conceptione, Nativitate, Communionem persolvit. Per hanc Dominam praesento exiguum tibi meam gratitudinem.

Oblatio.

Liberalissime Deus, qui te mihi in cruce obtulisti, et in Eucharistia jam dedisti, me etiam tibi totum offero. Renovo, et confirmo vota mea, et omnia tibi serviendi desideria. Nihil mundanum deinceps recipiet cor meum, in quo tu Deus habitas. Quidquid est erga me, et

um, creaturas affectus, in te solum
 ebus transfero. Te solum amo, qui solus
 atia- es omnia. Resigno me juxta tuam
 ri et arbitrium ad vitam vel mortem. Sed
 nen- quae commutatio, quod pro Domi-
 quas no servum, pro Deo reddam homi-
 tota nem peccatorem? Dilectissimum
 as B. proinde tibi, tuum et Virginis fili-
 ione, um, mihi intime unitum, terrae,
 olvit. coelique thesaurum, et velut rem
 o exi- meam offero, Pater clementissime,
 . ut in eo tibi perfecte complaceas.
 Offero tibi omnem ejus charitatem,
 e mi- religionem, obedientiam, humi-
 chari- litatem, innocentiam, paupertatem,
 bi to- mansuetudinem, patientiam,
 no vo- fortitudinem, temperantiam, con-
 di de- stantiam, cum omnibus aliis vir-
 nceps- tutibus, ut illis suppleatur, quod
 Deus mihi deest.

Petitio.

Transfige dulcissime Domine Jesu medullas, et viscera animae meae, suavissimo, ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera, serenaque et Apostolica, sanctissima charitate, ut langueat, et liquefiat anima mea solo semper amore, et desiderio tui; te concupiscat, et deficiat in atria tua; cupiat dissolvi, et esse tecum. Da, ut anima mea te esuriant panem Angelorum, refectionem animarum sanctarum, panem nostrum quotidianum, supersubstantialem, habentem omnem dulcedinem, et saporem, et omne delectamentum suavitatis; te, in quem desiderant Angeli prospicere, semper esuriant, et comedat cor meum, et dulcedine saporis tui repleantur viscera animae meae; te semper sitiatur fontem vitae, fontem sapientiae et scientiae,

fon
volu
te s
veni
at, t
nia
nom
crefi
tion
perse
sis so
cia n
mea,
um, c
mea,
cedo
refug
sapien
sio m
et firm
radica

fontem aeterni luminis, torrentem voluptatis, ubertatem domus Dei; te semper ambiat, te quaerat, te inveniatur, ad te tendat, ad te perveniat, te meditetur, te loquatur, et omnia operetur in laudem et gloriam nominis tui, cum humilitate, et discretione, cum dilectione et delectatione, cum facilitate et affectu, cum perseverantia usque in finem; et ut sis solus semper spes mea, tota fiducia mea, divitiae meae, delectatio mea, jucunditas mea, gaudium meum, quies, et tranquillitas mea, pax mea, suavitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, possessio mea, thesaurus meus, in quo fixa et firma, et immobiliter semper sit radicata mens mea, et cor meum.

Alia.

O clementissime Deus! in multitudine miserationum tuarum introivi ad altare tuum, a quo conscius iniquitatis meae, repellendus eram. Tibi soli peccavi et malum coram te feci. Ne projicias me a facie tua, pro cuius salute te abjecisti, et cui te alimoniam dedisti. Parce, Pater amantissime, parce filio prodigo, da veniam omnium debitorum meorum per pretiosissimum filii tui Sanguinem, per Vulnera, per omnia eius merita precor.

Hae sunt divitiae, quas offero in satisfactionem omnium debitorum. Da, ut divina praesentia tua liberer ab omni prorsus peccato, et replear donis gratiae tuae. Da gratiam emendandi omnes etiam minimos defectus. Vides, quam sim fragilis, ego quidem lapsum cavere propono,

sed
por
pecc
me
viva
Rob
tum
illu
flan
Deu
in v
tum
tiam
cies
tis in
lita
oner
guir
dem
anin
C
per f

sed tamen labor, manum tuam suppone. Da, ut a rebus terrenis me expediam, fraena inordinatos affectus meos. Da, ut mihi moriar, et tibi vivam. Eripe me de inimicis meis. Robora mentem meam, et intellectum juxta muneris mei exigentiam illumina, voluntatem tui amore inflamma. Cor mundum crea in me Deus, et Spiritum sanctum innova in visceribus meis. Cohibe per potum felleum omnem concupiscentiam. O humilis Jesu! qui te ad species panis et vini demittis, et a multis indigne tractaris, da mihi humilitatem per omnem tuam demissionem. O Domine! qui in horto sanguineo cum fervore orasti, fac, ut laudem te ex toto corde. Ne dormitet anima mea in tuo cultu et servitio.

O Jesu patientissime! per alapas, per flagella, et per innumeras, quas

pro me perpeſſus es, injurias, te ob-
teſtor; da mihi patientiam, et man-
ſuetudinem, per amice ſuſceptum
a proditore osculum.

O mi Salvator! concede mihi,
quod deeſt ad felicem mortem, cui
tam vicinus ſum, ut hodie evenire
poſſit. Per tuum agonem, et tres in
cruce horas, miſerere mei in illo
mortis articulo, a quo pendet aeter-
nitas.

Pone etiam inter juſtitiam tuam,
et peccatricem animam meam, cum
ad tribunal tuum venerit, ſacratiſ-
ſimi Sanguinis tui pretium.

Denique ſis in omnibus mihi
omnia: Dux in dubio, magiſter in
ſcientiis, virtus in tentationibus, me-
dicus in aegritudine, ſolamen in an-
guſtiis, clypeus in adverſitate, ſalus
in agone.

Per eandem charitatem, qua di-

lex
pro
ca
iis,
or
am
La
qua
et a
gis
tua
run
tuis
tan
ria!
nun
lius
opti
tepi
S. I

lexisti mundum, miserere omnium, pro quibus mori dignatus es. Applicata Passionis tuae uberrima merita iis, pro quibus orare soleo, ac teneor juxta priorem et hodiernam meam intentionem, omnibusque aliis. Largire vitam beatam defunctis, in qua plenius pro me etiam te laudent, et ament; gratiam vivis, qua tibi magis placeant. Per merita B. Virginis tuae Genitricis, et omnium Sanctorum, praesertim hodiernorum, quae tuis unita meritis offero repraesentanda aeterno Patri.

O augustissima Virgo Mater Maria! quae digne portasti eum, quem nunc suscepi, impetra illa, quae filius tuus vult, et scit, mihi meisque optima. Impetra etiam veniam in tepida tanti Hospitis susceptione.

Denique, o S. Tutelaris Angele, S. Pater et Patriarcha Francisce,

sancti Patroni mei N. N. Divi hodie-
ni et Tutelares alii, omnesque Sancti
et Sanctae Dei, qui per mortalita-
tis pelagus ad portum aeternae felici-
tatis pervenistis, securi de vobis,
de periclitantibus nobis, per vestra
merita vos precor, estote solliciti.
Impetrate precibus vestris, ut Panis
Eucharisticus sit mihi, meisque ro-
bur in infirmitatibus, periculisque
animae ac corporis; ut in fortitudi-
ne cibi hujus ambulemus per mun-
di desertum usque ad montem Dei,
et patriam coelestem, ubi copia si-
ne defectu, satietas sine fastidio,
gaudium sine interruptione, gloria
sine invidia, securitas sine periculo,
vita sine morte, bonum omne sine
fine. Amen.

Ad B. Virginem.

Benedico te toto corde et animo

Maria, terra fructifera, quia per te hodie fructum vitae communicavi, qui in horto tuae foecundissimae Virginitatis excrevit. Et commendo me tibi, ut pro me apud Filium tuum interceda, est quacunque ratione in summi Sacramenti hujus sump-tione deliqui, hujus negligentiae, et indignitatis meae veniam impetres. Tu semper casta, pura, innocens permansisti; utinam et ego tam divini Sacramenti perceptione ita sanctificer, ut deinceps cor, et corpus meum ab omni lethalis peccati macula tuear impollutum. Tu concep-to Filio de Spiritu sancto, magnificas laudes Domino decantasti, et in Deo salutari tuo mirabiliter exulta-sti; o si tuis efficacibus precibus id assequar Virgo Mater, ut cum hac sacra communione novum et arden-tem spiritum jungam, ac sem-

per in gratiarum actione pie verser,
tantoque Redemptori, et hospiti
me nunquam ingratum, sed fidum
in omnibus ministrum ostendam.
Amen.

* * *

Hic utiliter renovatur Professio Religiosa. Et
pro lucrandis copiosis Indulgentiis, etiam
applicandis pro defunctis, dicenda sunt pro
extirpatione hæresum, pro exaltatione S.
Matris Ecclesiæ, pro concordia christiano-
rum Principum devote 5 Pater et Ave
cum totidem Gloria Patri: et sextum
Pater et Ave pro SS. Pontifice.

EXERCITIUM

Devote audiendæ Missæ in
memoriam Passionis Domini
nostri Jesu Christi.

Nota. Quodsi interdum contigerit, orationes
infra positas esse nimis breves, memori-

am interim pie occupa in adnotatis punctis
Ss. Passionis Dominicæ.

Intentio.

Suscipe S. Trinitas, unus Deus, hoc sacrosanctum Sacrificium Corporis et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi, quod ego indignus servulus tuus una cum sacrificiis omnibus tibi unquam oblatis aut offerendis, unitum sanctissimo Sacrificio ab eodem Domino nostro in ultima coena, et ara crucis oblato, per manus Sacerdotis offero divinæ Majestati tuæ, omni possibili pietatis affectu, ex puro amore tuæ infinitæ bonitatis, secundum sanctissimam ejusdem Domini nostri et S. Matris Ecclesiæ intentionem.

Ad maximam, aeternamque divinæ Majestatis tuæ gloriam, amorem, beneplacitum.

In protestationem supremæ excellentiæ, et dominii tui, et nostræ subjectionis, et dependentiæ a te.

In perpetuam commemorationem Passionis ac Mortis ejusdem Domini nostri.

In honorem, augmentumque gloriæ B. Virginis, et totius curiæ triumphantis.

In gratiarum actionem æternam pro omnibus beneficiis sanctissimæ humanitati Domini nostri, B. Virgini Matri ejus, Patronis meis, omnibus beatis, et prædestinatis, et mihi indignissimo hucusque collatis, et conferendis in æternum.

In satisfactionem peccatorum meorum, omniumque fidelium vivorum et defunctorum.

Singulariter offero pro his N. N. vel pro hac gratia obtinenda. Secundario pro his N. N. mihi peculiari-

ter commendatis, omnibusque, pro quibus orare soleo et teneor, ad impetrandam defunctis requiem, vivisque gratiam te agnoscendi, amandi, glorificandi nunc perfecte in via, olim beate in patria. Suscipe et perfice hoc desiderium meum, uberemque ad pie id complendum, gratiam et benedictionem largire. Amen.

Actus Contritionis et petitionis ante Missam.

O Jesu infinite amabilis! qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu sancto, non semel tantum te mihi in socium, sacrificium, pretium, praemium dare dignatus es, sed quotidie denuo offerre dignaris. Quanta tua est erga me ingratum liberalitas, charitas, misericordia! Quanta mea erga te ingratitude, stupiditas, malitia, qui tot, et tanta mala,

et peccata reddo pro tot et tantis bonis! Doleo de his , et omnibus totius vitae peccatis, pure propter te infinitum bonum a me offensum, Cupio omnia emendare, et pro omnibus satisfacere, sicut vis. Supple, ignosce, recipe me in pacis osculum per lacrymas, sudorem, et sanguinem tuum, et sanctum Sacrificium,

O si divinissimo huic memoriali Passionis tuae, monumento potentiae, et bonitatis tuae, et compendio omnium mirabilium tuorum assistere possem ea attentione, reverentia, quam exigit tuae divinae Majestatis praesentia, tot Angelorum assistentium frequentia, tot mysteriorum, quae hic geruntur magnificentia,

Desidero id praestare, mi Deus, ex totis praecordiis meis, ad maximam tuam gloriam, amorem, be-

neplacitum, in gratiarum actionem omnium beneficiorum, in satisfactionem peccatorum meorum, omniumque fidelium, pro his N. N. omnibusque vivis et defunctis, ad impetrandam iis veniam, gratiam, gloriam.

Quod ut digne praestare possim, da, obsecro, mihi copiosam gratiam et benedictionem, per merita tua, B. Virginis Matris tuae et omnium Sanctorum.

Accessus Sacerdotis ad Altare.

Jesus hortum ingreditur.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui imminente Passione tua voluisti timore, ac tristitia obrui, largire mihi gratiam offerendi tibi omnes aerumnas meas. Deus cordis mei, suffer illas mecum in unione

patientiae, et moeroris tui, ut eae per meritum Passionis tuae efficiantur mihi salutare. Amen.

Ad Initium Missæ.

Jesus in horto orat.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui in oratione voluisti consolationem recipere, fac, ut in virtute orationis tuae S. Angelus tuus mihi semper assistat in orationibus meis. Amen.

Ad Confiteor.

Jesus in terram pronus.

Domine Jesu Christe, qui ad agonem deductus, Patrem tuum in horto orans, voluisti prodigiose Sanguinem ex omnibus membris tuis sudare, effice, ut per memoriam Passionis consolationibus divinis sa-

tier, et Sanguinis loco lacrymas effundam. Amen.

Ad Osculum Altaris.

Jesus traditur osculo Judæ.

Domine Jesu Christe, qui osculum Judæ proditoris tolerasti: da mihi gratiam, ut nec te, nec me, aut proximum meum unquam prodam, nec calumniatoribus meis officia amicitiae negem. Amen.

Sacerdos ad Epistolæ partem graditur.

Jesus ducitur captivus.

Domine Jesu Christe, qui permisisti te, per lictorum manus vinculis constringi, rumpe vincula delictorum meorum, et ita me vincias catenis charitatis, et mandatorum tuorum, ut potentiae animae meae

et corporis nunquam committant id, quod sanctae voluntati tuae est contrarium. Amen.

Ad Introitum.

Jesus colaphis cœditur.

Jesu Christe, Domine mi, qui tamquam reus in Annae domum deduci voluisti: da mihi gratiam, ne per malignum spiritum aut homines perversos abripiar in peccatum, sed a S. Spiritu tuo ad id deducar, quod divinae tuae gratum est voluntati. Amen.

Ad Kyrie eleison.

Jesus negatur a Petro.

Domine Jesu Christe, qui in domo Caiphæ ter a Principe Apostolorum negatus es: praeserva me a pravo consortio, ne peccatum mortale me unquam a te separet. Amen.

Ad Dominus vobiscum.

Jesus respicit Petrum, eundemque convertit.

Jesu Christe, Domine mi, qui ex oculis Petri lacrymas poenitentiae elicuisti: fac per misericordiam tuam, ut amare defleam peccata mea, et nunquam, seu factis, seu verbis te negem, qui es Dominus meus, et Deus meus. Amen.

Ad Epistolam.

Jesus ducitur ad Pilatum.

Domine Jesu Christe, qui coram Pilato sisti, et in ejus praesentia falso accusari voluisti: doce me medium evitandi imposturas malorum, et fidem tuam bonorum operum exercitio profitendi. Amen.

Ad munda cor meum.

Jesus ad Herodem abducitur.

Jesu Christe, Domine mi, qui aequo animo tulisti falsas accusationes, quin vel verbo te defenderes: da mihi vires generose sufferendi injurias meorum calumniatorum, et sacra Mysteria indignis non revelandi. Amen.

Ad Evangelium.

Jesus ludibrio habetur, et reducitur ad Pilatum.

Domine, Jesu Christe, qui dignatus es ab Herode ad Pilatum, hoc medio Herodi reconciliatum, remitti, da mihi gratiam non timendi conspirationes, ab improbis in me factas, sed amplius inde proficiendi, ut dignus sim tibi esse conformis. Amen.

Ad detectionem calicis.

Jesus vestibus spoliatur.

Domine, Jesu Christe, qui vestibus tuis exui voluisti, et pro salute mea flagello super nudum corpus tuum in te animadverti, largire mihi gratiam abjiciendi onus peccatorum meorum per sinceram confessionem, ac ut nunquam virtutibus nudus coram oculis tuis comparem. Amen.

Ad Offertorium.

Jesus flagellatur.

Domine, Jesu Christe, qui columnae alligari, et crudeliter flagellis caedi voluisti, da mihi gratiam, ut patienter tolerem flagra paternae correctionis tuae, et ne per delicta mea tibi sim tormento. Amen.

Dum calix tegitur.

Jesus spinis coronatur.

Domine, Jesu Christe, qui mea causa spinis coronari voluisti, concede, sic me poenitentiae spinis compungi, ut coronari merear in coelis. Amen.

Ad lotionem manuum.

Pilatus lavat suas manus.

Domine, Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui sententia Pilati innocens dictus, aequanimiter passus es insanas calumnias, et opprobria Judaeorum, da mihi gratiam vivendi innocenter, et ne improba inimicorum meorum consilia quietem animi perturbent. Amen.

Ad orate Fratres.

Pilatus dicit Judæis: Ecce Homo.

Domine, Jesu Christe, qui pro

me permisisti, te in praesentia Judaeorum excipi cachinnis, eorum irrisionis instrumenta ferens, effice, ut nullum in me experiar vanae gloriae motum, ac ut in extremo judicio comparere possim sub vexillo horum signorum, mysteriis plenorum. Amen.

Ad Præfationem.

Jesus ad mortem condemnatur.

Domine, Jesu Christe, qui propter me innocens condemnari voluisti ad crucis supplicium, vires mihi suffice ad ferendam crudelem mortem amore tui, et ne formidem falsa hominum judicia, ac neminem injuste judicem. Amen.

Ad Memento pro vivis.

Jesus bajulat suam Crucem.

Domine, Jesu Christe, qui mea

causa humeris tuis portasti crucem, fac, obsecro, ut mortificationis crucem sponte mea amplectar, eamque semper tui amore feram. Amen.

Ad Actionem.

Domine, Jesu Christe, qui etiam in via, qua ad crucis supplicium ibas, misericors fuisti, dicens mulieribus tua causa plorantibus: Super vos ipsas flete; da mihi gratiam probe deflendi peccata mea, da mihi lacrymas compassionis, et sancti amoris tui, quae me acceptum efficiant Majestati tuae. Amen.

Ad benedictionem oblatorum.

Jesus affigitur cruci.

Jesu Christe, Domine mi, qui pro salute mea voluisti cruci affigi,

cui tu debitum peccatorum nostrorum, et mortis affixisti, transfige carnem meam sancto timore, ut valide affixus mandatis tuis, semper affigam cruci. Amen.

Ad Elevationem Hostiæ.

Jesus crucifixus elevatur.

Domine, Jesu Christe, qui voluisti pro me in cruce elevari, et ita e terra exulare, retrahe me ab affectibus terrenis, et eleva spiritum meum ad rerum coelestium contemplationem. Amen.

Ad Elevationem Calicis.

Ex Jesu vulneribus Sanguis manat.

Jesu Christe, Domine mi, qui e salutaribus vulneribus tuis nobis manare fecisti fontem gratiæ, fac, ut pravis desideriis incitatus reme-

dia sumam congrua peccatis, et lethalibus vulneribus meis. Amen.

Ad Memento pro Defunctis.

Jesus pro genere humano orat.

Jesu Christe, Domine mi, qui in cruce pendens orasti Patrem tuum pro humano genere, imo etiam pro tortoribus tuis, da mihi spiritum mansuetudinis et patientiae, ut diligam inimicos meos, et bonum reddam pro malo, tuum exemplum, et mandata tua secutus. Amen.

Ad nobis quoque peccatoribus.

Confessio latronis.

Domine, Jesu Christe, qui paradisi gloriam promisisti latroni, scelera sua agnoscenti; respice me oculis misericordiae tuae, ut sub vitae

finem queam audire ex ore tuo, redemptoris mei, optandam illam vocem : Hodie mecum eris in paradiso. Amen.

Ad Pater noster.

Septem Verba Jesu in Cruce.

Jesu Christe, Domine mi, qui inter caetera Matrem discipulo, et discipulum Matri e cruce commendasti, ego me sanctae gratiae tuae commendo in virtute ejusdem fidei, et amore, in quo tu eos mutuo sibi commendasti, ut grandi hoc amoris pignore possim penetralia affectus tui subire, et liberari ab aerumnis, et periculis hujus vitae. Amen.

Ad Divisionem Hostiae.

Jesus moritur in Cruce.

Jesu Christe, Domine mi, qui

animam tuam in cruce moriturus Patri aeterno commendasti pro salute mea, fac, ut tecum spiritualiter moriar, ut in hora mortis meae habeas tibi commendatam animam meam. Amen.

Particula hostiae imponitur calici.

Anima Jesu descendit ad inferos.

Jesu Christe, Domine mi, qui prostrata daemonis potentia ad inferos descendisti, et Patres ibi detentos solatus es; descendat, obsecro in Purgatorium virtus Sanguinis, et Passionis tuae in animas fidelium defunctorum, ut a peccatis suis emundatae recipiantur in sinum pacis aeternae. Amen.

Ad Agnus Dei.

Multorum Conversio ante Crucem,

Domine, Jesu Christe, deplora-

runt multi scelera sua considerando patientiam tuam, quam in tormentis et beata morte tua ostendisti: da mihi gratiam per merita dolorosae Passionis et Mortis tuae, ut concipiam verum dolorem de delictis meis, et deinceps te non offendam. Amen.

Ad Communionem.

Jesus sepelitur.

Jesu Christe, Domine mi, qui sepeliri voluisti in monumento novo, da mihi cor novum, ut tecum sepultus, perveniam, ad gloriam resurrectionis tuae. Amen.

Ad Ablutionem.

Jesus balsamo ungitur.

Domine, Jesu Christe, tu voluisti pro me misero peccatore mori,

ungi balsamo, et linteo per Josephum et Nicodemum involvi, largire mihi gratiam digne recipiendi vivum corpus tuum in Altaris Sacramento et illud virtutum unguentis ungenti, ac perpetuo conservandi in cordis perfecti sinu. Amen.

Post Communionem.

Resurrectio Jesu.

Jesu Christe, Domine mi, qui e sepulchro clauso et obsignato Victor existi, de morte triumphans; concede mihi gratiam, ut de tumulo antiquae conversationis meae suscitatus ambulem in novitate vitae, ut, dum videbitur vita mea, videatur etiam tecum in gloria. Amen.

Ad Dominus vobiscum.

Jesus apparet discipulis suis.

Jesu Christe, Domine mi, qui

pos
tus
disc
tui,
in v
aete
poss

Jesu

dign
surr
disc
mys
ceas
tuar
dato

post resurrectionem tuam consolatus es dilectam Matrem tuam, et discipulos aspectu gloriosi corporis tui, da mihi gratiam, ut, cum te in vita hac mortali videre nequeam, aeternum ut minus te contemplari possim in gloria. Amen.

Ad ultimas Collectas.

Jesus 40 diebus conversatur cum suis discipulis.

Jesu Christe, Domine mi, qui dignatus es 40 dierum spatio post resurrectionem tuam conversari cum discipulis tuis, eosque docere fidei mysteria; supplex te oro, ut me doceas vivere secundum voluntatem tuam, neque unquam a semita mandatorum tuorum declinare. Amen.

Ad postremum Dominus vobiscum.

Jesus ascendit in coelum.

Jesu Christe, Domine mi, qui post 40 dies in discipulorum tuorum praesentia gloriose in coelum ascendisti: oro, ut anima mea ab omnibus rebus terrenis se possit expedire, ut ad aeterna aspiret, et te, tanquam felicitatis fastigio, frui exoptet. Amen.

Ad Benedictionem.

Adventus S. Spiritus.

Jesu Christe, Domine mi, qui Spiritum sanctum discipulis tuis unanimiter in oratione perseverantibus dedisti; munda, obsecro, interiora cordis mei, ut S. Spiritus, gratam in anima mea inveniens habita-

tior
et c
mer

I
I

bun
Ver
Deu

et s
fact

erat
bris
com

sus a
Hic
mor

omn
rati
hibe

qua
veni

tionem, eandem gratiarum suarum
et consolationum donis exornet. A-
men.

Evangelium S. Joannis.

In principio erat Verbum, et Ver-
bum erat apud Deum: et Deus erat
Verbum. Hoc erat in principio apud
Deum. Omnia per ipsum facta sunt,
et sine ipso factum est nihil, quod
factum est. In ipso vita erat, et vita
erat lux hominum, et lux in tene-
bris lucet, et tenebrae eam non
comprehenderunt. Fuit homo mis-
sus a Deo, cui nomen erat Joannes.
Hic venit in testimonium, ut testi-
monium perhiberet de lumine, ut
omnes crederent per illum. Non e-
rat ille lux, sed ut testimonium per-
hiberet de lumine. Erat lux vera,
quae illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum. In

mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et Verbum Caro factum est: et habitavit in nobis, et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis.

Gratiarum actio.

Post auditum Missæ Sacrificium.

Domine, Jesu Christe, Fili Dei, Redemptor mi! grates tibi reddo, quod mihi gratiam dederis hodie sacram Missam audiendi, rogo te per ejusdem merita, da mihi spiritum,

et vi
is t
corp
radi

ant

Chris

Co

tri

qu

fide

Cr

sita

res

Ple

VII

ma

Ur

Apr

oni

ani

et virtutem resistendi semper noxi-
is tentationibus, ut anima mea e
corpore suo discedens sit digna Pa-
radiso. Amen.

ORATIO

ante S. Imaginem Jesu Cruci-
fixi.

Christifidelis unusquisque, qui post peractam
Confessionem ac Communionem, corde con-
trito ac devote sequentem Orationem, in
qualicunque lingua, dummodo versio sit
fidelis, ante quamcumque Imaginem Jesu
Crucifixi recitaverit, et insuper pro neces-
sitatibus S. Ecclesiæ, pro extirpatione hæ-
resum etc. oraverit, lucratur Indulgentiam
Plenariam. Hæc Indulgentia, a Clemente
VIII. et Benedicto XIV. concessa, confir-
mata fuit in perpetuum a Pio VII. Decreto
Urbis et Orbis S. Congregat. Indulgent. 10.
April 1821, et in conformitate Decreti Le-
onis XII. ddo. 17. Septembr. 1823. etiam
animabus in Purgatorio adplicari potest.

Dicta Oratio.

En ego, o bone et dulcissime Jesu! ante conspectum tuum genibus me provolvo, ac maximo animi ardore te oro, atque obtestor, ut meum in cor vivos Fidei, Spei et Charitatis sensus, atque veram peccatorum meorum poenitentiam, eaque emendandi firmissimam voluntatem velis imprimere, dum magno animi affectu, et dolore tua quinque Vulnere mecum ipse considero, ac mente contemplor, illud prae oculis habens, quod jam in ore ponebat suo David Propheta de te, o bone Jesu: Foderunt manus meas, et pedes meos: dinumeraverunt omnia ossa mea. Psal. 21, 17. 18.

Sa

deli
rum
pecc

temp
Alle
Psa

Qu
min
cit a

C
veru
E
mun
nat p

Sacerdotis sacrificaturi præ-
paratio ad Missam.

Antiph. Ne reminiscaris Domine
delicta nostra, vel parentum nostro-
rum, neque vindictam sumas de
peccatis nostris.

*In Duplicibus duplicatur, et
tempore Paschali additur in fine
Alleluja. Deinde dicuntur sequentes
Psalmi.*

Psalmus 83.

Quam dilecta tabernacula tua Do-
mine virtutum: concupiscit, et defi-
cit anima mea in atria Domini.

Cor meum, et caro mea: exulta-
verunt in Deum vivum.

Etenim passer invenit sibi do-
mum: et turtur nidum sibi, ubi po-
nat pullos suos.

Altaria tua Domine virtutum:
Rex meus, et Deus meus.

Beati, qui habitant in domo tua
Domine: in saecula saeculorum lau-
dabunt te.

Beatus vir, cujus est auxilium
abs te: ascensiones in corde suo dis-
posuit, in valle lacrymarum, in
loco, quem posuit.

Etenim benedictionem dabit le-
gislator, ibunt de virtute in virtu-
tem: videbitur Deus Deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi
orationem meam: auribus percipe
Deus Jacob.

Protector noster aspice Deus: et
respice in faciem Christi tui.

Quia melior es dies una in atriiis
tuis: super millia.

Elegi abjectus esse in domo Dei
mei: magis, quam habitare in taber-
naculis peccatorum.

Quia misericordiam et veritatem diligit Deus: gratiam et gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: Domine virtutum beatus homo, qui sperat in te.

Gloria Patri etc.

Psalmus 84.

Benedixisti Domine terram tuam: avertisti captivitatem Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuae: operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam: avertisti ab ira indignationis tuae.

Converte nos Deus salutaris noster: et averte iram tuam a nobis.

Nunquid in aeternum irasceris nobis: aut extends iram tuam a generatione in generationem?

Deus tu conversus vivificabis nos: et plebs tua laetabitur in te.

Ostende nobis Domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis.

Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos: et in eos, qui convertuntur ad cor.

Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius: ut inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia, et veritas obviaverunt sibi: justitia, et pax osculatae sunt.

Veritas de terra orta est: et justitia de coelo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem: et terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulabit: et
ponet in via gressus suos.

Gloria Patri, etc.

Psalmus 85.

Inclina Domine aurem tuam, et
exaudi me: quoniam inops, et pau-
per sum ego.

Custodi animam meam, quoni-
am sanctus sum: salvum fac servum
tuum, Deus meus, sperantem in te.

Miserere mei Domine, quoniam
ad te clamavi tota die: laetifica ani-
mam servi tui, quoniam ad te Do-
mine animam meam levavi.

Quoniam tu Domine suavis et
mitis: et multae misericordiae om-
nibus invocantibus te.

Auribus percipe Domine ora-
tionem meam: et intende voci de-
precationis meae.

In die tribulationis meae clama-
vi ad te: quia exaudisti me.

Non est similis tui in Diis Domine: et non est secundum opera tua.

Omnes gentes, quascunque fecisti, venient, et adorabunt coram te Domine: et glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, et faciens mirabilia: tu es Deus solus.

Deduc me Domine in via tua, et ingrediar in veritate tua: laetetur cor meum, ut timeat nomen tuum.

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo: et glorificabo nomen tuum in aeternum.

Quia misericordia tua magna est super me: et eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus iniqui insurrexerunt super me, et synagoga potentium quaesierunt animam meam: et non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu Domine Deus miserator

et misericors: patiens, et multae misericordiae, et verax.

Respice in me, et miserere mei: da imperium tuum puero tuo, et salvum fac filium ancillae tuae.

Fac mecum signum in bonum, ut videant, qui oderunt me, et confundantur: quoniam tu Domine adjuvisti me, et consolatus es me.

Gloria Patri etc.

Psalmus 115.

Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino: pro omnibus, quae retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam co-

ram omni populo ejus: pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus.

O Domine, quia ego servus tuus: ego servus tuus, et filius ancillae tuae.

Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis: et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus: in atriis domus Domini, in medio tui Jerusalem.

Gloria Patri etc.

Psalmus 129.

De profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes: in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris Domine: Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri, etc.

Repetitur Antiphona.

Ne reminiscaris domine delicta nostra, vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Temp. Pasch. Alleluja.

Kyrie eleison, Christe eleison,
Kyrie eleison. Pater noster.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Ego dixi, Domine miserere mei.

R. Sana animam meam, quia peccavi tibi.

V. Convertere Domine aliquantulum.

R. Et deprecare super servos tuos.

V. Fiat misericordia tua Domine super nos.

R. Quemadmodum speravimus in te.

V. Sacerdotes tui induantur iustitiam.

R. Et Sancti tui exultent.

V. Ab occultis meis munda me Domine.

R. Et ab alienis parce servo tuo.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Aures tuae pietatis, mitissime Deus, inclina precibus nostris, et gratia sancti Spiritus illumina cor nostrum: ut tuis mysteriis digne ministrare, teque aeterna charitate diligere mereamur.

DEUS, cui omne cor patet, et omnis voluntas loquitur, et quem nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri, ut te perfecte diligere, et digne laudare mereamur.

Ure igne sancti Spiritus renes nostros, et cor nostrum Domine: ut tibi casto corpore serviamus, et mundo corde placeamus.

Mentes nostras quaesumus Domine, Paraclitus, qui a te procedit, illuminet, et inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.

Adsit nobis, quaesumus Domine, virtus Spiritus sancti: quae et corda nostra clementer expurget, et ab omnibus tueatur adversis.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Conscientias nostras, quaesumus Domine, visitando purifica: ut veniens Dominus noster Jesus Christus Filius tuus paratam sibi in nobis inveniatur mansionem, qui tecum vivit, et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum, Amen.

Gregorius XIII. Sacerdoti ante

Missam dicenti sequentia, concessit 50 annorum Indulgentias.

Ego volo celebrare Missam, et conficere Corpus et Sanguinem Domini nostri Jesu Christi, juxta ritum sanctae Romanae Ecclesiae ad laudem omnipotentis Dei, totiusque Curiae triumphantis, ad utilitatem meam, totiusque Curiae militantis, pro omnibus, qui se commendaverunt orationibus meis in genere, et in specie, et pro felici statu sanctae Romanae Ecclesiae, Amen.

Gaudium cum pace, emendationem vitae, spatium verae poenitentiae, gratiam et consolationem sancti Spiritus, perseverantiam in bonis operibus tribuat nobis omnipotens, et misericors Dominus.

Benedictus XIII. concessit illi, qui sequentes Actus fidei, spei etc. ante Missam, vel alias pro oppor-

tunitate, affectuose elicuerit, toties quoties 7 annorum indulgentias, et si hoc quispiam per mensem quotidie continuaverit, ac semel confessus fuerit, et communicaverit, lucratur non tantum pro tunc, sed etiam pro hora mortis Indulgentias plenarias; quas omnes Indulgentias quisque vel sibi ipsi, vel animabus in Purgatorio applicare potest.

Credo in te Deum meum, vivum et verum, trinum in Personis, unum in Deitate. Credo in Deum Patrem Creatorem, Filium Redemptorem, Spiritum S. Sanctificatorem meum. Credo in Deum ultimum finem meum, bonorum retributorem, malorum vindicem justissimum. Credo, et confiteor fidem illam sanctissimam, quam Jesus Christus docuit, quam Apostoli praedicarunt, quam sancta Romana Catholica tenet Ecclesia, et in hac

sancta salvifica fide protestor, me vivere, et mori velle, quia tu Deus illam revelasti, qui omniscius nec falli, nec ut aeterna veritas fallere potes.

Spero in misericordia tua infinita, o Deus! auxiliator unice et potentissime corporis et animae meae, et spero in pretioso Sanguine Jesu Christi, Salvatoris mei, cum tanta charitate pro me fuso, quod remisurus mihi sis omnia et singula peccata totius vitae meae, et daturus mihi gratiam, ac vitam aeternam; quia promisisti, et fidelis ac omnipotens es in tuis promissis adimplendis.

Amo Te, o amabilissime Deus, summum et infinitum Bonum, abyssum omnis perfectionis! amo te propter solam tuam essentialem et intrinsecam bonitatem, pulchri-

tudinem et amabilitatem, amo te, quia es, qui es, omni possibili amore et honore dignissimus; atque utinam te amare possem omni illo ardentissimo amore, quo te amant, et in aeternum amabunt omnes sancti Angeli, et Beati in coelo: quo te amant, et amare possunt omnes creaturae actuales et posibles in terra, cum quorum omnium ardentissimo amore conjungo imperfectissimum amorem meum.

Et ex hoc conjuncto ardentissimo tui amore, o Deus! te offensum ex animo doleo, abominor, execror, et retracto omnia et singula peccata totius vitae meae; utinam, mi Deus! utinam facere possem, ut ea nunquam feccissem; malo mori, quam te, o amantissime Deus posthac ullo unquam peccato, praesertim mortali offendere.

Propono item, cum praemissa frequentius sacramentali Confessione, sacrosanctum Missae Sacrificium quotidie, nisi legitime impeditus, celebrare; desidero etiam, quandocunque divinae tuae voluntati me ex hac vita evocare placitum fuerit, non aliter, quam sacro Corporis tui viatico munitus decedere. Da mihi gratiam tuam, mi Deus! ut haec sanctissima mysteria semper in vita, et praesertim in morte digne obire valeam. Tu quoque sanctissima Virgo Mater Dei et mea, ora pro me nunc, et in hora mortis meae, Amen.

INTENTIO
ante Missam.

Domine Deus, ego intendo hoc mane quam maximo amoris, reverentiae, et devotionis affectu SS. Missae

sacrificium Majestati tuae, cui soli debetur, offerre juxta ritum sanctae Romanae Ecclesiae, et ex nunc offero illud una cum omnibus sacrificiis tibi gratissimis, simulque offero tibi pretium Sanguinis Jesu Christi, merita B. Virginis Mariae et omnium Sanctorum, totiusque Ecclesiae preces, et laudes, in unione illius sacrificii, quod Christus in ultima coena instituit, et in Cruce consummavit, factus ipse Sacerdos, et victima, affectu et nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, totiusque Ecclesiae, ex puro tui amore, ac desiderio tui beneplaciti semper, et in omnibus perficiendi.

Offero tibi illud in protestationem supremam et increatae tuae Excellentiae, ac dominii tui in omnes creaturas, nostrae subjectionis et dependentiae a te, in gratiarum actio-

nem omnium beneficiorum ulli unquam creaturae collatorum et conferendorum, in plenam abolitionem omnis injuriae ab ullo unquam tibi irrogatae, vel inferendae, ac in cultum latriae tibi soli debitum cum omnibus adorationibus Christi, B. V. M. ac omnium Angelorum, et Sanctorum. Item in augmentum gaudii Humanitatis Domini N. JESU Christi, in memoriam Vitae et Passionis ejusdem, et in augmentum gloriae ac beatitudinis Immaculatissimae V. M. omniumque Angelorum, et Sanctorum.

Offero etiam illud in gratiarum actionem pro omnibus beneficiis mihi collatis, in satisfactionem pro peccatis meis, de quibus summo pere doleo propter offensam, et injuriam, quam tibi Deo meo, summo bono irrogavi, cum firmo

emendationis proposito, et pro omnibus meis praesentibus, et futuris animae et corporis necessitatibus.

Offero demum pro omnibus vivis, atque defunctis, pro quibus Dominus noster Jesus Christus, et B. Virgo Maria, sciunt, et volunt, ut sacrificem: pro parentibus, amicis, consanguineis, ac benefactoribus meis, pro omni gradu sanctae Catholicae Ecclesiae, Christianorum Principum unione, haeresum, et schismatum extirpatione, omnium infidelium Nationum conversione, pro totius Cleri, et omnium Religiosorum statuum conservatione et augmento, et pro animarum in purgatorio existentium liberatione, maxime autem pro N. N. qui eleemosynam dederunt, et reliquerunt, ut secundum eorum voluntatem hanc Missam celebrarem, quibus intendo

hunc fructum applicare, quantum scis, me posse, vel debere.

Respice ergo me indignissimum famulum tuum, quem pro vivis et defunctis legatione apud te fungi voluisti, ut defunctis requiem indulgeas, vivis veniam, gratiamque concedas, tibi recte, fideliterque serviendi, et in amore tuo usque in finem perseverandi, Amen.

ORATIONES

dicendæ ante Missam.

Deus, qui de indignis dignos facis, et de peccatoribus justos, et de immundis mundos, munda cor, et corpus meum ab omni contagione, et sorde peccati, et fac me dignum, atque strenuum sanctis Altaribus tuis ministrum; concede propitius, ut in hoc Altari, ad quod indignus accedo, hostias acceptabiles, atque pla-

cabiles offeram pietati tuae pro peccatis, et offensionibus innumerisque, et quotidianis excessibus meis, atque cunctorum simul Christianorum culpis abluendis, et per eum sit tibi votum meum acceptabile, qui se tibi Deo Patri pro nobis obtulit sacrificium. Qui tecum vivit etc.

Ad B. V. Mariam.

● Mater pietatis, et misericordiae, Beatissima Virgo Maria! ego miser et indignus peccator ad te confugio toto corde, et affectu, et precor pietatem tuam, ut sicut dulcissimo filio tuo in cruce pendenti adstitisti, ita et mihi misero peccatori, et Sacerdotibus omnibus hic, et in tota sancta Ecclesia hodie offerentibus clementer assistere digneris, ut tua gratia adjuti, dignam, et acceptabilem hostiam in conspectu summae

et in
leam

Ad

● Sa
tor d
nunc

Corp
stri J

glor

vote

dign

ne,

et e

lect

que

vivi

rum

nor

tus

et individuae Trinitatis offerre valeamus. Amen.

Ad Sanctum, cujus eo die
Festum celebratur.

☉ Sancte N. ecce ego miser peccator de tuis meritis confisus, offero nunc sacratissimum Sacramentum Corporis, et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi pro tuo honore et gloria. Precor te humiliter, et devote, ut pro me hodie intercedere digneris, ut tantum sacrificium digne, et acceptabiliter offerre valeam, et eum tecum, et cum omnibus electis ejus aeternaliter laudare, atque cum eo regnare valeam. Qui vivit et regnat in saecula saeculorum, Amen.

Ego Sacerdos licet indignus, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus † Sancti, Amen.

Accedo ad celebrandum sacrosanctum Sacrificium Missæ, cum intentione acquirendi omnes quas-cunque possum indulgentias. Et si contingat me hodie subito mori, recipio hanc Communionem pro vaticio, desiderando, ultimum meum cibum fore Corpus et Sanguinem Salvatoris mei Jesu Christi: ultima verba Jesus Maria: ultimam meam cogitationem de Passione Domini: ultimum affectum amoris Dei, et doloris meorum peccatorum, postremamque consolationem meam: mori in suavi amplexu tue sanctissimæ Voluntatis, Amen.

in

Pius

c

S

c

e

d

C

R

c

t

V

te

In

V

te

pi

et

ORATIONES

in honorem S. Josephi Sponsi
B. V. M.

Pius VII. Rescripto 23. Septembris 1802 concedit in perpetuum omnibus Sacerdotibus Sæcularibus et Regularibus Orbis Catholici Indulgentiam unius anni, adplicabilem etiam fidelibus defunctis, pro qualibet vice, dum devote recitaverint sequentes duas Orationes in honorem S. Josephi, Sponsi Beatissimæ Virginis Mariæ: primam quandoque, secundam vero ante celebrationem Ss. Missæ Sacrificii.

Efficax Oratio.

Virginum Custos, et Pater Sancte Joseph, ejus fideli custodiae ipsa Innocentia Christus Jesus, et Virgo Virginum Maria commissa fuit: te per hoc utrumque charissimum pignus Jesum et Mariam obsecro, et obtestor, ut me ab omni immun-

ditia praeservatum, mente incontaminata, puro corde, et casto corpore Jesu et Mariae semper facias castissime famulari. Amen.

ALIA ORATIO

dicenda ante Missam.

Ant. O felicem Virum Beatum Joseph, cui datum est Deum, quem multi Reges voluerunt videre, et non viderunt, audire, et non audierunt, non solum videre et audire, sed portare, deosculari, vestire et custodire.

V. Ora pro nobis B. Joseph.

R. Ut digni etc.

Oremus.

Deus, qui dedisti nobis regale Sacerdotium, praesta quaesumus, ut sicut Beatus Joseph unigenitum

Fili
gin
tare
cias
inn
serv
Cor
sur
mi
Per
An

G
car
ba
dic
pl

Filium tuum natum ex Maria Virgine suis manibus reverenter tractare meruit, et portare: ita nos facias cum cordis munditia, et operis innocentia tuis sanctis Altaribus deservire, ut sacrosanctum Filii tui, Corpus et Sanguinem hodie digne sumamus, et in futuro saeculo praemium habere mereamur aeternum. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Gratiarum actio post Missam.

Antiphona. Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant Sancti in camino ignis, benedicentes Dominum.

Quae Antiphona in Festis duplicibus tantum duplicatur, et

tempore Paschali additur in fine
Alleluja.

Canticum trium puerorum.

Dan. 3.

Benedicite omnia opera Domini
Domino: laudate et superexaltate
eum in saecula.

Benedicite Angeli Domini Do-
mino: benedicite coeli Domino.

Benedicite aquae omnes, quae
super coelos sunt Domino: benedi-
cite omnes virtutes Domini Do-
mino.

Benedicite sol et luna Domino:
benedicite stellae coeli Domino.

Benedicite omnis imber et ros
Domino: benedicite omnes Spiri-
tus Dei Domino.

Benedicite ignis et aestus Do-
mino: benedicite frigus et aestus Do-
mino.

fine
Benedicite rores et pruina Domino: benedicite gelu et frigus Domino.

Benedicite glacies et nives Domino: benedicite noctes et dies Domino.

mini
ltate
Benedicite lux et tenebrae Domino: benedicite fulgura et nubes Domino.

Do-
o.
Benedicat terra Dominum: laudet et superexaltet eum in saecula.

quae
nedi-
omi-
Benedicite montes et colles Domino: benedicite universa germinantia in terra Domino.

ino:
o.
Benedicite fontes Domino: benedicite maria et flumina Domino.

t ros
piri-
Benedicite cete, et omnia quae moventur in aquis Domino: benedicite omnes volucres coeli Domino.

omi-
Do-
Benedicite omnes bestiae et pecora Domino: benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum: laudet
et superexaltet eum in saecula.

Benedicite sacerdotes Domini
Domino: benedicite servi Domini
Domino.

Benedicite spiritus et animae
justorum Domino: benedicite sancti
et humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Mi-
sael Domino: laudate et superexal-
tate eum in saecula.

Benedicamus Patrem et Filium
cum sancto Spiritu: laudemus et
superexaltemus eum in saecula.

Benedictus es Domine in firma-
mento coeli: et laudabilis, et glo-
riosus, et superexaltatus in saecula.

Psalmus 150.

Laudate Dominum in Sanctis
ejus: laudate eum in firmamento
virtutis ejus.

laudat
la. laudate eum in virtutibus ejus:
omni la. laudate eum secundum multitudi-
omni nem magnitudinis ejus.

animae laudate eum in sono tubae:
e sanc- laudate eum in psalterio et cithara.

laudate eum in tympano et cho-
ro: laudate eum in chordis et organo.

laudate eum in cymbalis bene-
, Mi- sonantibus, laudate eum in cymba-
rexal- lis jubilationis: omnis spiritus lau-
det Dominum.

ilium Gloria Patri etc.

us et *Deinde repetitur Antiphona.*

la. Trium puerorum cantemus
arma- hymnum, quem cantabant Sancti
t glo- in camino ignis, benedicentes Do-
cula. minum. *Temp. Pasch. Alleluja.*

Deinde Sacerdos dicit:

nctis Kyrie eleison.

ento Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster, etc.

℣. Et ne nos inducas in tenta-
tionem.

℞. Sed libera nos a malo.

℣. Confiteantur tibi, Domine,
omnia opera tua.

℞. Et sancti tui benedicant tibi.

℣. Exultabunt Sancti in gloria.

℞. Laetabuntur in cubilibus
suis.

℣. Non nobis, Domine, non no-
bis.

℞. Sed nomini tuo da gloriam.

℣. Domine exaudi orationem
meam.

℞. Et clamor meus ad te ve-
niat.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui tribus pueris mitiga-
sti flammam ignium: concede propi-

tentatius, ut nos famulos tuos non exurat
flamma vitiorum.

omine, .
nt tibi.
gloria.
bilibus
on no-
oriam.
ionem

Actiones nostras, quaesumus
Domine, aspirando praeveni, et ad-
juvando proseguere: ut cuncta no-
stra oratio, et operatio a te semper
incipiat, et per te coepta finiatur.

Da nobis quaesumus Domine,
vitiourum nostrorum flammam extin-
guere: qui beato Laurentio tribui-
sti tormentorum suorum incendia
superare. Per Christum Dominum
nostrum, Amen.

te ve-

ORATIONES

dicendæ post Missam.

nitiga-
propi-

Omnipotens sempiterne Deus, con-
servator animarum mundique re-
demptor, me famulum tuum ante
Majestatem tuam prostratum, be-
nignissime respice, et sacrificium,

quod in honorem nominis tui pro
salute fidelium tam vivorum, quam
etiam defunctorum, et pro peccatis
et offensionibus meis obtuli, piissime
me respice, iram tuam a me remove
gratiam et misericordiam mihi con
cede, januam Paradisi mihi pande
ab omnibus malis me potenter er
pe, et quidquid proprio commis
reatu, clementer indulge: et sic in
hoc saeculo in praeceptis tuis fac me
perseverare, ut dignus electorum
gregi copulari efficiar, te praestan
te, Deus meus, cujus nomen bene
dictum, honor atque regnum per
manet in saecula saeculorum, Amen

Gratias tibi agimus, clementissime
dominator, redemptor anima
rum nostrarum, quoniam et prae
senti hac die coelestibus et immor
talibus mysteriis nos dignos fecisti
Tu dirige viam nostram; conserva nos

in tim
gressu
et inte
riosae
Virgin
coelos
ram g
in sae

ser
ria, M
sti, Re
dem C
rum in
portar
Corpu
sumer
Virgin
per Pa
Filii t
sero p

tui pr
, quan
peccati
piissi
emore
hi con
pande
ter er
ommi
t sic in
fac me
etorum
aestant
n bene
m per
Amen
mentis
anima
t prae
mmor
fecisti
va no

in timore tuo; tuere vitam nostram,
gressus nostros firma orationibus,
et intercessionibus sanctae, et glo-
riosae Dei Genitricis, et semper
Virginis Mariae. Exaltare super
coelos Deus, et super omnem ter-
ram gloria tua nunc, et semper, et
in saecula saeculorum, Amen.

Ad B. Virginem.

● serenissima et inclyta Virgo Ma-
ria, Mater Domini nostri Jesu Chri-
sti, Regina coeli et terrae! quae eun-
dem Creatorem omnium creatura-
rum in tuo sancto utero digna fuisti
portare, cujus idem veracissimum
Corpus et Sanguinem ego indignus
sumere praesumpsi: rogo te per
Virginalem humilitatem tuam, et
per Passionem et Mortem ejusdem
Filii tui, ut apud ipsum pro me mi-
sero peccatore intercedere digneris,

ut, quidquid in ejus sacrifice
benedictissima, ignoranter, negli-
genter, vel incaute omisi, tuis sanctis-
simum precibus mihi dignetur in-
dulgere, Amen.

ORATIO

dicenda a Sacerdote ante
vel post celebrationem
Missæ.

Pater coelestis, clementissime Do-
mine, Pater misericordiarum, sus-
cipe hodie per manus servi tui hoc
sacrosanctum Sacrificium, verum
Corpus et Sanguinem unigeniti Fi-
lii tui Domini nostri Jesu Christi, in
satisfactionem et remissionem om-
nium peccatorum meorum, in sa-
lutem et fortitudinem animæ meæ
et totius domus meæ, et omnium
illorum, quibus aliqua obligatio

teneor
Praela
cerdo
cae fid
sancti
anima
tius po
peccat
conver
in con
torum
patien
et libe
exister
me illa
re exp
et con
infidel
schism
ament
trem o
et Spi

teneor, et omnium Dominorum,
Praelatorum, Praedicatorum, Sa-
cerdotum et Religiosorum Catholi-
cae fidei, ut eis gratiam Spiritus
sancti impertiri digneris ad salutem
animarum suarum, et regimen to-
tius populi Christiani, et omnium
peccatorum hujus mundi, ut eos
convertas, et ducas ad viam salutis;
in consolationem omnium tribula-
torum, ut eis adjutorium et veram
patientiam tribuas; in refrigerium
et liberationem omnium animarum
existentium in Purgatorio, et maxi-
me illarum, quae auxilium a me ju-
re expectant; et ad illuminationem
et conversionem omnium gentium
infidelium, et haereticorum et
schismaticorum, ut cognoscant, et
ament te summam veritatem, Pa-
trem omnipotentem, qui cum Filio,
et Spiritu sancto es laudabilis Deus

benedictus in saecula saeculorum
Amen.

Quinque puncta ante, vel
post Missam recitanda.

I. **D**etestor, et abominor omnia,
et singula peccata mea, et omnium
aliorum commissa ab initio mundi
usque in hanc horam, et deinceps
usque ad finem mundi committen-
da, et si possem, impedirem per gra-
tiam Dei, quam supplex invoco.

II. Laudo, et approbo omnia
bona opera facta a principio mun-
di usque ad hanc horam, et deinceps
usque in finem mundi facien-
da, et si possem, ea multiplicarem
per gratiam Dei, quam supplex in-
voco.

III. Intendo omnia facere, dice-
re, et cogitare ad majorem Dei glo-
riam, cum omnibus illis bonis in

tentionibus, quas Sancti unquam habuerunt, et habebunt, vel habere possunt.

IV. Ignosco, et dimitto ex toto corde omnibus inimicis meis, omnibus me calumniantibus, omnibus mihi detrahentibus, omnibus quocumque modo mihi nocentibus, vel volentibus mala.

V. Utinam omnes homines salvare possem, moriendo pro singulis, lubenter id facerem per gratiam Dei, quam supplex invoco, et sine qua nihil possum.

LITANIAE LAURETANAE.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos,
Christe exaudi nos,

Pater de Coelis Deus,
Fili Redemptor mundi Deus,
Spiritus sancte Deus,
Sancta Trinitas unus Deus,
Sancta MARIA,
Sancta Dei Genitrix,
Sancta Virgo Virginum,
Mater Christi,
Mater divinae gratiae,
Mater purissima,
Mater castissima,
Mater inviolata,
Mater intemerata,
Mater amabilis,
Mater admirabilis,
Mater Creatoris,
Mater Salvatoris,
Virgo prudentissima,
Virgo veneranda,
Virgo praedicanda,

miserere
nobis.

ora pro nobis.

Virgo potens,
Virgo clemens,
Virgo fidelis,
Speculum justitiae,
Sedes sapientiae,
Causa nostrae laetitiae,
Vas spirituale,
Vas honorabile,
Vas insigne devotionis,
Rosa mystica,
Turris Davidica,
Turris eburnea,
Domus aurea,
Foederis arca,
Janua coeli,
Stella matutina,
Salus infirmorum,
Refugium peccatorum,
Consolatrix afflictorum,
Auxilium Christianorum,
Regina Angelorum,
Regina Patriarcharum,

nobis.
miserere

ora pro nobis.

ora pro nobis.

Regina Prophetarum,
Regina Apostolorum,
Regina Martyrum,
Regina Confessorum,
Regina Virginum,
Regina Sanctorum omnium,
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
miserere nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Ave Maria.

Sub tuum praesidium confugi-
mus, sancta Dei Genitrix, nostras
deprecationes ne despicias in neces-
sitatibus nostris, sed a periculis cunc-
tis libera nos semper Virgo glorio-
sa, et benedicta, Domina nostra

ora pro nobis.

Me
tu
nos
pra
Ger
sior
mir
qui
tui
Pas
sur
Per
nos
sep
sior

Mediatrix nostra, Advocata nostra,
tuo Filio nos reconcilia, tuo Filio
nos commenda, tuo Filio nos re-
praesenta.

V. Ora pro nobis sancta Dei
Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissio-
nibus Christi.

Oremus.

Gratiam tuam, quaesumus Do-
mine, mentibus nostris infunde, ut,
qui Angelo nuntian te Christi Filii
tui Incarnationem cognovimus, per
Passionem ejus et Crucem ad re-
surrectionis gloriam perducamur.
Per eundem Christum Dominum
nostrum. Amen.

V. Ora pro nobis beatissime Jo-
seph.

R. Ut digni efficiamur promissio-
nibus Christi.

Oremus.

Sanctissimae Genitricis tuae
Sponsi, quaesumus Domine, meri-
tis adjuvemur, ut, quod possibilitas
nostra non obtinet, ejus nobis in-
tercessione donetur. Qui vivis et
regnas Deus in saecula saeculorum.
Amen.

Modus recitandi Rosarium
seu Coronam B. V. Mariae.

Rosarium Gaudiosum.

*Oratur hoc Rosarium a prima
Dominica Adventus usque ad Do-
minicam Septuagesimae.*

*Ad tria minora grana petiti-
ones has insere: In*

1. *Ave Maria etc. post Jesus adde:
Qui adaugeat nobis Fidem. Sanc-
ta Maria etc.*

2. Q

3. Q

que I

steri

sequ

1. D

2. Q

ta

3. Q

4. Q

5. Q

Dec

prae

I

Don

Pas

2. Qui corroboret nobis Spem.
3. Qui perficiat in nobis Charitatem.

Ad singula minora grana quinque Decadam expende totidem Mysteria, inserendo post Nomen Jesus sequentia verba: In

1. *Decade: Quem Virgo concepisti.*
2. *Quem visitando Elisabeth portasti.*
3. *Quem Virgo genuisti.*
4. *Quem in Templo praesentasti.*
5. *Quem in Templo invenisti.*

Ad bina et bina grana sextae Decadis repete unum ex quinque praecedentibus Mysteriis.

Rosarium Dolorosum.

Hoc Rosarium orari solet a Dominica Septuagesimae usque ad Pascha.

Ad tria minora grana petitiones has inserte:

1. Qui intellectum nostrum illuminet.
2. Qui voluntatem nostram perficiat.
3. Qui memoriam nostram roboret.

Ad singula minora grana quinque Decadum expende totidem Mysteria, inserendo sequentia verba:

1. Qui pro nobis Sanguinem sudavit.
2. Qui pro nobis flagellatus est.
3. Qui pro nobis spinis coronatus est.
4. Qui pro nobis Crucem bajulavit.
5. Qui pro nobis crucifixus est.

In sexta Decade fit repetitio, ut supra.

Rosarium Gloriosum.

Hoc Rosarium orari solet a Paschate usque ad SS. Trinitatem.

Ad tria minora grana petitiones has insere :

1. Qui cogitationes dirigat.
2. Qui verba moderetur.
3. Qui gubernet opera.

Ad singula minora grana quinque Decadam expendere totidem Mysteria, inserendo hæc verba :

1. Qui resurrexit a mortuis.
2. Qui in coelum ascendit.
3. Qui Spiritum sanctum misit.
4. Qui te assumpsit.
5. Qui te in coelis coronavit.

In sexta Decade fit repetitio, ut supra.

Nota: A SS. Trinitate usque ad Dominicam primam Adventus distribuitur Rosarium per hebdomadam hoc modo : Die Dominica et feria quinta dicitur Rosarium gloriosum. Feria secunda, tertia et Sabatho recitatur Rosarium gaudiosum. Feria quarta et sexta accipitur Rosarium dolorosum.

Rosarium Seraphicum.

*Ad Crucem dicitur Credo: ad
majora grana Pater noster etc. ad
minora Ave Maria etc.*

Ad tria minora grana dicitur:

1. Qui nobis det Fidem rectam.
2. Qui nobis det Spem firmam.
3. Qui nobis det Charitatem perfec-
tam.

*Ad singula minora grana sep-
tem Decadum post Jesus, inserun-
tur hæc verba:*

1. Quem Virgo concepisti.
2. Quem Virgo visitando Elisabeth
portasti.
3. Quem Virgo genuisti.
4. Quem Magi adoraverunt.
5. Quem Virgo post triduum in
templo invenisti.
6. Qui post mortem tibi gloriosus
aparuit.

7. Q
re

○ P
tem
tate
ut in
tua

in C
tum
spir

mei
sem
tis a

7. Qui te ad coelos assumpsit et coronavit.

Pia Exercitia
ad beatam mortem.

ORATIO
ad SS. Trinitatem.

⊙ Pater aeternae! per Vitam et Mortem Filii tui, et per omnem bonitatem tuam te rogo, concede mihi, ut in bono perseverem, et in gratia tua moriar.

O bone JESU! per extremas illas in Cruce voces, quibus Patri Spiritum commendasti, te rogo, suscipe spiritum meum in fine vitae meae.

O Spiritus sancte Deus! miserere mei, et sancta inspiratione tua me semper, et potissimum in hora mortis adjuva.

Sancta Trinitas unus Deus miserere mei nunc, et in fine vitae meae. Amen.

Ad B. V. Mariam.

Unica spes, et fiducia mea post Filium tuum Jesum, gloriosissima Deipara Virgo Maria, singulare peccatorum refugium, moestorum unicum solatium: fac, ut merear in extremis vitae meae tua gaudere melliflua praesentia; fac me gustare tunc, atque experiri miserationum tuarum ubera; fac efficaciter me sentire potentiam misericordiae tuae, quae contra omnem tentationem me confortet, ab omnibus inimicis me liberet, apud Filium tuum ab omnibus peccatis me excuset, et ultimo animam meam egredientem propter ejus Passionem piissimo materno sinu tuo excipias. Amen.

Ad S. Angelum Custodem.

O Angele mi dilectissime, fidum te in vita sentio, et in morte spero; et quod tunc fortasse morbo impeditus non potero, modo facio, supplico tibi pro eo articulo, a quo tota mea pendet felicitas: non desere infirmum, quem regis sanum, nec patere tunc vinci, quem victum saepe servasti. Redde tuis inspirationibus me tunc in fide fortem contra errores, in spe firmum contra desperationis machinas, et in charitate fervidum contra omnem sinistrum affectum, et Dei offensam. Da, ut praeterita tunc non crucient, praesentia non frangant, et futura non terreant; et ad mortis luctam anima, ad salutarem poenitentiam excita, in patientia firma, et in pace serva. Impetra o dilectissime Angele mi! ut cibus meus ultimus sit

cibus Angelicus, Corpus Domini nostri Jesu Christi, et ultimum meum verbum, et suspirium: JESUS, MARIA, JOSEPH. Amen.

Ad SS. Patronos.

O gloriose sancte Pater Franciscе, et sancti Patroni, et Advocati mei N. N.! vos nunc gemebundus invoco, ut mihi in hora mortis meae assistatis, meque defendatis ab infernali inimico, ut tunc confortata anima mea, ore ac corde benedicat Deum meum: et nunc obtinete mihi pro reliquo vitae meae tempore misericordiae divinae subsidium, ut cognoscant in me omnes gentes immensam Dei bonitatem, ac glorificent ex me nomen sanctum ejus. Idque precor per ineffabilia illa gaudia, quibus replebantur sanctae animae vestrae, dum aeternae infere-

bantur beatitudini, ubi facie ad faciem contemplantini Dei Essentiam, et Majestatem. Amen.

Ad S. Barbaram.

O sancta Barbara, Virgo, et Martyr! quodcunque Sponsi tui coelestis viribus potes, obsecro, mihi in mortis articulo suppedites: adjuva me miserum, ne in peccatis moriar. Effectum tunc habeat a Christo tibi facta promissio, cum fidem ejus tuo sanguine virgineo consecrares: recordetur Sponsus tuus illius ardentissimae charitatis tuae, tuaque intercessione animam meam e corpore exire non sinat, nisi sacramentali confessione expiatam, et sacrosanctae Eucharistiae Sacramento refectam, ut illum tecum in aeternum amare, et laudare valeam. Amen.

Oratio infirmi

cum resignatione propriae voluntatis.

O dulcissime Jesu! agnosco super me magnam misericordiam tuam, quia hic percutis, et flagellas, ut in aeternum parcas. Ego ex integro corde me tuae resigno voluntati, sive ad vitam, sive ad mortem. Fiat mihi secundum verbum tuum. Si vis, ut moriar, dulcis Jesu! suscipe spiritum meum; et licet ad vesperam venerim omnium novissimus, da mihi, ut tecum et in te requiem accipiam sempiternam. Si vis, ut diutius vivam, dulcis Jesu! hoc propono, et hoc per gratiae tuae suffragium rogo, da reliquum vitae meae corrigere, atque in holocaustum tibi totum offerre ad gloriam tuam.

O Jesu salus mea! quodocun-
que tibi placuerit, ego moriar: haec
est voluntas mea, hic ultimus vitae
meae halitus, fiat voluntas tua, o
Jesu! o Maria! o Jesu!

O Domine! hic ure, hic seca, ut
in aeternum parcas.

Suspirium ad Crucifixum.

O misericordissime Jesu! ad te
suspiro, in Cruce Sanguinem pre-
tiosum, et lacrymas pro me funden-
tem, agonizantem, et pro me mo-
rientem. Ah dulcissime Jesu! in ul-
tima hora vitae meae respice in me
oculis misericordiae tuae: in sanc-
tissimo vulnere cordis tui abscondo
cor meum agonizans, ut mitiges
ipsius singultus, et pressuras.

Ad B. Virginem.

Suspiro ad te, o Mater miseri-

cordiae! dignare me unico lacrymoso aspectu in agone mortis meae, ex tot innumeris, quibus Filium tuum Jesum morientem aspexisti.

Ad SS. Angelos.

Suspiro ad te, o sancte Archangele Michael, coelestis militiae Princeps! et ad te fortissime Angele Custos fidelissime! defendite me miserum in praelio, ne peream in tremendo judicio.

Ad SS. Patronos.

Suspiro ad te, o sancte Pater, et Patriarcha Francisce! et ad vos, sancti Patroni, et Advocati mei N.N. succurrite mihi peccatori in hora mortis meae. Amen.

Preces et Benedictiones ab assistente Sacerdote quandoque super infirmum consolatorie dicendæ.

Quando Sacerdos discedere vult ab ægro, dicat, se pro solatio, et salute ipsius (si placet) breves quasdam preces dicturum. Dicat itaque Psalmum. Qui habitat etc. Ant. Misere-re etc. vel Evangelium S. Joannis.

Deinde subjungat sequentes preces:

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos a malo.

℣. Salvum fac servum tuum.

℞. Deus meus, sperantem in te.

℣. Mitte ei Domine auxilium de sancto.

℞. Et de Sion tuere eum.

℣. Nihil proficiat inimicus in eo.

R. Et filius iniquitatis non ap-
ponat nocere ei.

V. Esto ei Domine turris forti-
tudinis.

R. A facie inimici.

V. Dominus opem ferat illi.

R. Super lectum doloris ejus.

V. Domine exaudi orationem
meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, cui proprium est misere-
ri semper, et parcere: suscipe depre-
cationem nostram, ut hunc famu-
lum, quem delictorum catena con-
stringit, miseratio tuae pietatis cle-
menter absolvat.

Deus infirmitatis humanae sin-
gulare praesidium, auxilii tui super

ap- infirmum famulum tuum ostende
orti- virtutem, ut ope misericordiae tuae
i. adjutus, Ecclesiae tuae sanctae in-
jus. columis repraesentari mereatur.
em

iat. Concede hunc famulum tuum,
quaesumus Domine, perpetua men-
tis et corporis sanitate gaudere, et
gloriosa beatae Mariae semper Vir-
ginis intercessione, a praesenti li-
berari tristitia, et aeterna perfrui
laetitia. Per Christum Dominum
nostrum.

R. Amen.

Benedictio S. P. Francisci.

re- Benedicat tibi Dominus, et cu-
re- stodiat te. Ostendat faciem suam ti-
nu- bi, et misereatur tui. Convertat vul-
on- tum suum ad te, et det tibi pacem.
le- Dominus benedicat te.

Benedictio S. Antonii Paduani.

in- Ecce Crucem Domini, fugite
ber

partes adversae, vicit Leo de tribu
Juda, radix David.

Benedictio S. Vincentii.

Dominus Jesus Christus apud te
sit, ut te † defendat: intra te sit, ut
te † conservet: ante te sit, ut te † de-
ducat: post te sit, ut te † custodiat:
super te sit, ut te bene † dicat. Qui
cum Patre et Spiritu sancto in uni-
tate perfecta vivit, et regnat in sae-
cula saeculorum. Amen.

Alia Benedictio.

Pax Domini nostri Jesu Christi,
et virtus Passionis ejus, signum sanc-
tae † Crucis, et integritas B. V. M.
benedictio omnium Sanctorum, et
suffragia omnium Electorum Dei,
sint inter te, et omnes inimicos tuos,
visibiles et invisibiles, nunc, et sem-
per, et maxime in hora mortis tuae.
Amen.

Dum infirmus aqua lustrali aspergitur.

Dominus noster Jesus Christus per virtutem hujus aquae te a cunctis peccatis tuis emundet, et abluat, ac contra omnes daemonis insidias potenter defendat. In nomine Patris etc.

Ante susceptionem S. Viatici.

O Domine Jesu Christe! ecce me in sexta aetate mundi constitutum. 30. 40. 50. etc. meae aetatis annum ago, et nihil boni feci, grandia mala, et boni nihil: quid ergo erit de me, nihil boni habente? sola misericordia tua, Deus meus! misero remansit. O Sancti! o Sanctae Dei! o refugium peccatorum Virgo Maria, et Domina mea! adjuva me, tempus fugit, et labitur, et nihil boni habeo, quo ornatus coram Filio

tuo compaream. O mi benigne, et amabilis JESU! mors mihi misero imminet, et ad eam me non prae- paravi, miserere mei et adjuva me, quia tempus nunc mihi deficit, et bona opera desunt: supple hunc meum defectum, dulcissime mi JE- SU! Morte tua, et sanctissima Pas- sione tua, supple eum, dulcis amor meus, dulcissimis Vulneribus, sanc- tissimo Sanguine tuo.

O dulce Sacramentum! O mi amor! ecce me imprae paratum, ut te in morte mea recipiam, qui ve- ste nuptiali charitatis, et bonorum operum careo. Et quomodo sine te, ut viatico meo necessario, iter hoc meum ad aeternitatem perficiam? o dulcissimum Nomen Jesu! quia benignissimum Nomen es, da mi- hi gratiam, ut illud nunc et sem- per in corde meo habeam; largire

mihi
vita
me

Tri
me
nen
ind
nen
me
rab
ciet
tuo

Ch
me
ma
me

mihi gratiam, ut ex nunc corrigam vitam meam, ut sic in hora mortis meae praeparatus inveniar.

O sanctissima, o benignissima Trinitas! sicut me absque ullo meo merito ad imaginem et similitudinem tuam creasti, ita etiam in me indigno dignare hanc tuam imaginem formare et perficere, ut anima mea, dum a vili hoc corpore separabitur, a te cognoscatur, et ad societatem Angelorum, ac Sanctorum tuorum in coelis recipiatur. Amen.

In susceptione.

Corpus Domini nostri JESU Christi sit viaticum salutiferum meae peregrinationis ex hac lacrymarum valle, et custodiat animam meam in vitam aeternam. Amen.

Post susceptionem.

Gloria tibi Jesu Christe! qui in

dulcedine tua pauperem animam meam visitare, et refocillare dignatus es. Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace. Jam te teneo, dulcis amor, jam ultra non dimittam te; jam mundo, et quae mundi sunt, lubens valedico; jam gaudens ad te venio, Deus meus: nihil, nihil amodo Jesu mi, me separabit a te; tibi enim, Christe, conjunctus sum, in te vivam, in te moriar, in te, si permiseris, in aeternum permanebo: vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus.

Taedet nunc animam meam vitae meae, cupio dissolvi, et esse cum Christo; mihi enim vivere Christus est, et mori lucrum.

Jam non timebo mala, ambulans in regione umbrae mortis, quoniam tu mecum es Domine, et

sicu
qua
ad t
font
app
com
que
me
mih
cite
cam
In s
fect
mis
per
ut a
ren
bor
run

sicut desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus: sitivit anima mea ad te fontem vivum, quando veniam, et apparebo ante faciem Dei mei?

In manus tuas, Domine Jesu, commendo spiritum meum, tibi que lego animam meam. Respice me, dulcis amor, ut in aeternum mihi bene sit in te, et in pace dulciter in te obdormiam, et requiescam. Amen.

In susceptione extremæ Unctionis.

Per hanc sacram Unctionem effectum tuæ dulcissimæ gratiæ, et misericordiæ, suavissime Jesu, super me abundanter nunc effunde, ut a criminibus purgatus, mente renovatus, et Spiritu sancto corroboratus, contra insultus adversariorum, et vim mortis fortis, et invin-

cibilis efficiar, et moriens in tuas manus spiritum meum expirem, et in aeternum a te separari amodo non valeam.

Refugium ad B. V. Mariam.

O tu Mater misericordiae, dulcissima Virgo MARIA! post DEUM Creatorem, et Salvatorem meum unica spes, et fiducia mea, quam semper colui, et honoravi; nunc ad tuum maternum pietatis sinum me devote convertito, supplicando humiliter, ut in hac mea maxima, et extrema necessitate mihi succurrere digneris per tua illa sanctissima viscera, quae genuerunt, et per ubera suavissima, quae lactaverunt Christum Jesum Filium Dei, ut nullus inimicus mihi nocere possit, sed tu, MARIA, Mater gratiae, in manus tuas recipe animam meam, Amen.

Desiderium videndi Deum.

Domine DEUS! morior libenter
iuxta beneplacitum tuum. Quem-
admodum desiderat cervus ad fon-
tes aquarum, ita desiderat anima
mea ad te DEUS. Sitivit anima
mea ad DEUM fontem vivum,
quando veniam, et apparebo ante
faciem DEI? Fuerunt mihi lacry-
mae meae panes die ac nocte, dum
dicitur mihi quotidie, ubi est DEUS
tuus? Nunc dimittis servum tuum,
Domine, secundum verbum tuum
in pace. Educ de carcere animam
meam, ut confitear nomini tuo Do-
mine. Videant te oculi mei, suavis-
sime atque optime Jesu! Eja Domi-
ne, ut te videam, nolo vivere, volo
mori; dissolvi cupio, et esse cum
Christo; mori desidero, ut vivam
cum Christo.

Suspiria ad Crucifixum.

Ad te converto me, Redemptor meus, convertere et tu ad me, o spes mea unica.

Clementissime Jesu, concede huic vilissimae creaturae beneficium tuae redemptionis, et recipere miserabilem hanc animam intra brachia tuae misericordiae. Ne me perdat o bone Jesu! iniquitas mea, quem fecit omnipotens bonitas tua.

Bone Jesu, Sanguis tuus pretiosus ab his venis profluxit, ut me illo redimeres: ego sum illa merx tanto pretio empta, ego sum illa ovis perditam, reduc eam, o dulcis Pastor! et pone eam inter illas, quae sunt in ovili tuo. Respice Domine sancte Pater de excelso coelorum habitaculo, ecce vox Sanguinis Fratris nostri Jesu Christi pro nobis clamat ad te de Cruce.

Respice innocentes manus ejus,
quae distillant pretiosum Sanguinem,
ut dimittas iniquitatem meam,
et ne requiras opera mala manuum
mearum.

Intuere illud lancea perfossum
latus, et amore mei apertum cor,
neque ex sacro illo fonte renova.

Per sacros illos pedes duris clavibus
perforatos, dirige gressus meos,
ut non cedant hac hora a semita
lucis, et veritatis.

Defige oculos tuos, o Pater
coelestis, in faciem hanc dilecti Filii
tui, et membra conquassata Christi
tui, et per misérias, quales amore
mei sustinuit, miserere mei.

Propter peccata populi tui
vulneratus est dilectus cordis tui. Eja
Pater misericordiarum, quod ego
non mereor, meruit pro me Christus
tuus: ejus amore amplectere me gra-

tia tua ut filium, licet prodigum, et
da mihi osculum pacis aeternae.

Domine, da mihi modo hic pa-
tientiam, postea indulgentiam.

In amplexu Crucifixi.

Suscipe me JESU crucifixe! in-
ter amorosa haec tua brachia, qua
pro me in cruce extensa cerno, et
amplector: suscipe me inter delicias
suae, et desiderabiles amplexus
et attrahe tibi dulciter animam me-
am. Suscipe me, bone Jesu, in mi-
sericordia tua, et suscipe in pace
spiritum meum, Amen.

Suscipe etiam eos, piissime Jesu
qui me in aliquo offenderunt, au-
laeserunt, et quos ego offendi, au-
laesi. Jesu dulcis amor, aperi bra-
chia tuae misericordiae, ut inter eos
me suscipias, et recipe in pace ani-
mam meam. Amen.

Instante morte.

Creator, et Redemptor meus Je-
su Christe, in quem credo, in quem
spero, quem amo, et amare volo in
aeternum: assiste nunc manu po-
tenti pauperulae creaturae tuae in
hac ultima necessitate, ut feliciter
hunc passum mortis transeam.

Pone, o piissime Jesu! Passio-
nem, et Crucem, et Mortem tuam
inter judicium tuum, et animam
meam.

Totum me tibi do, ne me rejici-
as, misericordissime Jesu! ad te ve-
nio, ne me repellas; sum enim ca-
ro de carne tua, et os ex ossibus tuis:
filius ejusdem patris, quia me fra-
trem in Evangelio nominas.

Nunc, Domine, secundum vo-
luntatem tuam fac mecum miseri-
cordiam tuam, et praecipe, in pace
recipi spiritum meum.

Dic, benignissime Jesu, latroni huic, te jam toto corde confitenti: Hodie mecum eris in Paradiso.

Suscipe me, Jesu, pro me crucifixe, inter amorosa tua brachia, quae pro me extensa cerno, et complector; suscipe me inter desiderabiles affectus tuos, et trahe ad te anhelantem animam meam: suscipe in pace spiritum meum.

Ad SS. Angelos, et Patronos.

Sancte Angele mi, Custos fidelissime, et vos omnes purissimi Spiritus, sancti Angeli Dei, respicite in me, jaceo gemens, et suspirans, mors mihi in oculis est, et mortalium nemo, sed vos succurrere potestis. Ah! non me deserite in his summis angustiis meis, dum momentum illud imminet, in quo salus mea omnis, aut perenne stat exitium.

Ah! juvate, et ante Regem Regum pro me procumbite, et meum mihi, obsecro, conciliate judicem: sententiam ego nunc supremam expecto, vos impetrate, ut ea mihi sit ad vitam.

Subvenite sancti Angeli Dei, sancte Pater Francisce, et sancti Patroni, et Advocati mei, N. N. et universa Curia coelestis, succurrite animae meae peccatrici, jam jam aderit Judex Christus Jesus.

Miserere, o Jesu! miserere, o Jesu! per omnes Sanctos tuos te rogo. O Jesu! miserere mei.

JESUS, MARIA, dulcissimi amores mei, patior ego, morior ego vestri amore; vester sum, totus nullatenus meus, ac si nihil prorsus essem, Am.

Verba moribundi.

Domine Deus, ego sum miser

ille, quem tu pro paterna bonitate tua creasti, et per crudelem Mortem unigeniti tui Filii Jesu de potestate inimici redemisti. Tu solus imperium, et dominium in me habes me salvandi secundum immensam misericordiam tuam, in qua spero, et confido, et hac munitus tibi morior.

Jesu Fili Dei vivi, miserere mei! in manus tuas Domine, commendo spiritum meum: tu enim solus redemisti me tuo pretioso Sanguine, Deus meus, et Salvator meus! ostende mihi o Jesu! nunc faciem tuam, et salvus ero.

JESUS, MARIA, JESUS, sit meum ultimum suspirium vitæ meae, JESUS, MARIA, JESUS.

Suspiria agonizantis.

Ah Jesu Crucifixe, miserere mei! Jesu Fili David, miserere mei! Jesu

agne Dei, qui tollis peccata mundi, miserere mei. Non intres in iudicium cum servo tuo Domine Jesu, quia apud te misericordia, et copiosa apud te redemptio.

Jesu Fili Dei vivi, Fili Mariae, salus infirmorum, refugium peccatorum, miserere mei in his angustiis. Ne abjicias me, qui credo in te; ne repellas me, qui spero in te: ne permittas me separari a te, qui amo te ex toto corde, et amare te desidero in aeternum.

Jesu in manus tuas, Jesu in vulnera manuum et pedum tuorum, Jesu in amantissimum et sauciatum cor tuum commendo corpus et animam meam.

O Jesu! propitius esto mihi peccatori. Jesu! in quem credidi, miserere mei. Jesu, in quem speravi, miserere mei. Jesu, quem dilexi,

miserere mei. Jesu, ego tuus sum, tu meus es, o Jesu in aeternum. O Jesu, oro te per pretiosum Sanguinem tuum pro me effusum, miserere mei. Jesu, Sanguis tuus sit, quae-so, balneum salutare peccatricis animaе meae.

Jesu pone Passionem, Crucem et Mortem tuam inter judicium tuum, et animam meam.

Dulcissime Jesu, ob honorem, et virtutem tuae benedictae Passio-nis, jube me adscribi in numerum electorum tuorum.

Ne memineris, bone Jesu, ini-quitatum mearum, cito anticipent me misericordiae tuae, quia pauper factus sum nimis. *Psalm. 78.*

Jesu in te credo, Jesu in te spe-ro, Jesu te amo ex toto corde meo. Doleo ex animo, quod umquam of-fenderim te.

Jesu tota fiducia mea. Jesu unic-
us amor meus. Jesu Deus meus, et
omnia.

Non fac mecum secundum ju-
stitiam tuam, sed secundum mag-
nam misericordiam tuam.

Jesu esto mihi Jesus in vita, et
in morte. O Jesu in fide tua vivere
et mori cupio.

In manus tuas Domine com-
mendo spiritum meum. Suscipe me,
o Jesu, inter amorosa brachia tua,
quae pro me in Cruce extensa, et
perforata sunt.

S. Joseph ora pro me. S. Maria
assiste mihi. Jesu miserere mei.

Alicæ Orationes pro agonizante.

Christe Jesu crucifixe, in unio-
ne ferventissimi amoris, qui pro sa-
lute generis humani te in Cruce mo-
ri coegit, pulsamus ad medullam

piissimi cordis tui, et rogamus, ut
animae famuli tui fratris nostri N.
peccata omnia dimittas, et tua sanc-
tissima conversatione, et tuae acer-
bissimae Passionis merito omnia
ejus suppleas, eamque superabun-
dantem miserationum tuarum mul-
titudinem facias experiri: nosque
omnes, et singulariter fratrem no-
strum N. quem proxime ad te voca-
re disponis, placito tibi modo prae-
pares, eique praestes, ut vera patien-
tia, perfecta resignatione, plena pec-
catorum remissione, validissima fi-
de, spe firma, et integra charitate,
in perfectissimo statu, in dulcissimo
amplexu, et suavissimo osculo tuo
feliciter ad tuam aeternam laudem
expiret.

Eja dulcissime Redemptor, Do-
mine Jesu Christe, per illas lacry-
mabiles voces, quas in Cruce mori

tur
con
us
ne,
tuo
nis
mor
defe
ne s
I
et pe
finit
tatio
solat
ra eu
sanc
nobi
ce c
eum
duc
Ame

is, ut
tri N.
sanc-
acer-
missa
abun-
a mul-
osque
na no-
voca-
prae-
atien-
a pec-
ma fi-
ritate,
ssimo
lo tuo
udem
r, Do-
lacry-
mori

turus edidisti, et Passionis doloribus
consumptus dixisti: *Deus meus, De-
us meus, ut quid dereliquisti me?*
ne, quaeso, longe facias a famulo
tuo fratre nostro N. tuae miseratio-
nis auxilium: nam ille hac hora, et
momento extremae afflictionis prae
defectione animae, et consumptio-
ne spiritus te invocare non valet.

Per triumphum sanctae Crucis,
et per Mortis, Passionisque tuae in-
finitum meritum cogita de eo cogi-
tationes pacis, misericordiae, et con-
solationis, et non afflictionis: libe-
ra eum de omnibus angustiis, et tuis
sanctissimis manibus, quas pro eo,
nobisque omnibus permisisti in Cru-
ce clavis affigi, o Jesu bone, erue
eum a tormentis illi debitis, et per-
duc illum in requiem aeternam,
Amen.

ORATIO

ad omnes Sanctos.

Delicta juventutis, et ignorantias
ejus, quaesumus, ne memineris, Do-
mine, secundum magnam miseri-
cordiam tuam, memor esto illius in
gloria charitatis tuae, aperiantur ei
coeli, collaetentur ei Angeli, et in
regnum tuum Domine servum tu-
um N. fratrem nostrum suscipe.

Suscipiat eum beatissima Virgo
Maria, Mater Domini nostri Jesu
Christi. Veniat illi obviam sanctus
Michael Archangelus Dei, qui mi-
litiæ coelestis meruit principatum.
Occurrant illi obviam omnes sancti
Angeli Dei, et perducant eum in
civitatem coelestem Jerusalem. Sus-
cipiat eum sanctus Petrus, cui a Deo
claves regni coelestis traditae sunt.
Adjuvet eum sanctus Paulus, qui
dignus fuit vas electionis fieri. In-

terce
tus D
secre
ti Ap
est p
di. In
Dei,
ment
Susc
meru
nis n
sanct
de O
terce
gines
exutu
riam
mino
Patre
nat in

tercedat pro eo sanctus Joannes electus Dei Apostolus, cui revelata sunt secreta coelestia. Orent pro eo sancti Apostoli, quibus a Domino data est potestas ligandi, atque solvendi. Intercedant pro eo omnes Sancti Dei, qui pro Christi nomine tormenta in hoc saeculo sustinuerunt. Suscipiat eum S. P. Franciscus, qui meruit insigniri signis redemptionis nostrae. Orent pro eo omnes sancti Confessores, et omnes Sancti de Ordine Fratrum Minorum. Intercedant pro eo omnes sanctae Virgines et Viduae, ut vinculis carnis exutus, pervenire mereatur ad gloriam regni coelistis, praestante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum, Amen.

Tres Orationes pro agonizante.

Prima. Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. *Pater noster.*
Ave Maria.

Domine JESU Christe, per tuam sanctam agoniam, atque devotissimam orationem, quam in monte Oliveti orasti, quando factus est sudor tuus sicut guttae Sanguinis decurrentis in terram, obsecro te, ut eundem sudorem sanguineum, quem prae timoris angustia copiosissime pro nobis effudisti, offerre, et ostendere digneris Deo Patri omnipotenti contra multitudinem peccatorum hujus famuli tui N. fratris nostri, et libera eum in hac hora mortis suae ab omnibus angustiis, et poenis, quas pro peccatis suis se timet meruisse, Amen.

Secunda. Kyrie eleison, Christe

eleis
Ave
I
salut
dign
amar
rum
ris p
ce, e
sacra
de co
et ost
nipo
tui N
in ha
poen
catis
T
eleisc
Ave
I
Prop

ante. eleison. Kyrie eleison. *Pater noster.*
Christe *Ave Maria.*

Domine JESU Christe, qui pro salute mundi in dura Cruce mori dignatus es, obsecro te, ut omnes amaritudines passionum, et poenarum tuarum, quas pro nobis miseris peccatoribus sustinuisti in Cruce, et maxime in illa hora, quando sacratissima anima tua egressa est de corpore tuo sanctissimo, offerre, et ostendere digneris Deo Patri omnipotenti pro anima hujus famuli tui N. fratris nostri, et libera eum in hac hora mortis suae ab omnibus poenis, et cruciatibus, quos pro peccatis suis se timet meruisse, Amen.

Tertia. Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. *Pater noster.*
Ave Maria.

Domine Jesu Christe, qui per os Prophetarum dixisti, in charitate per-

petua dilexi te, ideo attraxi te miserans, obsecro te, ut eandem charitatem tuam, quae te de coelis in terram ad tolerandas omnium passionum tuarum amaritudines attraxit, offerre digneris Deo Patri omnipotenti pro anima hujus famuli tui N. fratris nostri, et libera eum ab omnibus poenis, et cruciatibus, quos pro peccatis suis timet se meruisse. Salva animam ejus in hac hora exitus sui, aperi ei januam vitae, et fac eum gaudere cum Sanctis tuis in gloria aeterna. Et tu piissime Domine Jesu Christe, qui redemisti nos pretiosissimo Sanguine tuo, miserere animae hujus famuli tui N. fratris nostri, et eam introducere digneris ad semper virentia, et amoena loca Paradisi, ut vivat tibi amore indivisibili, qui a te, et ab electis tuis nunquam separari po-

test.
to v
sae

S

nost
fratr
pian
part
esse
min

Kyri

tion

Y

stus.

I

meb

test. Qui cum Patre, et Spiritu sancto vivis, et regnas Deus in saecula saeculorum. Amen.

Sub exitu animæ e corpore.

Ascendant ad te Domine, preces nostrae, ut animam famuli tui N. fratris nostri gaudia aeterna suscipiant, ut, quem fecisti adoptionis participem, jubeas haereditatis tuae esse consortem. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Egressa anima de corpore.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. *Pater noster.*

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. In memoria aeterna erit justus.

R. Ab auditione mala non timebit.

V. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi,

R. Et animae pauperis tui ne obliviscaris in finem.

V. Non intres in iudicium cum servo tuo Domine.

R. Quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

V. A porta inferi.

R. Erue Domine animam ejus.

V. Requiescat in pace.

R. Amen.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Suscipe, Domine, animam famuli tui N. fratris nostri, quem de ergastulo hujus saeculi vocare dig-

natus es, et libera eam de locis poenarum, ut quietis ac lucis aeternae beatitudine perfruatur, et inter Sanctos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

V. Requiem aeternam dona ei Domine.

R. Et lux perpetua luceat ei.

V. Requiescat in pace.

R. Amen.

Anima ejus, et animae omnium fidelium defunctorum, per misericordiam Dei requiescant in pace, Amen.

ORDO COMMENDATIONIS
ANIMAE.

*Primum dicuntur Litanie breves
in hunc modum.*

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Sancta Maria, ora pro eo.

Omnes sancti Angeli, et Archangeli,
orate pro eo.

Sancte Abel,

Omnis chorus justorum,

Sancte Joannes Baptista,

Sancte Josephe,

Omnes sancti Patriarchae et Prophe-
tae, orate pro eo.

Sancte Petre,

Sancte Paule,

Sancte Andrea,

Sancte Joannes,

ora pro
eo.

ora pro
eo.

Omnes sancti Apostoli, et Evan-
gelistae, } orate pro eo.
Omnes sancti Discipuli Domi-
ni, }
Omnes sancti Innocentes, }
Sancte Stephane, } ora pro eo.
Sancte Laurenti, }
Omnes sancti Martyres, orate pro
eo.
Sancte Silvester, }
Sancte Gregori, } ora pro eo.
Sancte Augustine, }
Omnes sancti Pontifices et Confes-
sores, orate pro eo.
Sancte Benedicte, } ora pro eo.
Sancte Francisce, }
Omnes sancti Monachi et Eremitae,
orate pro eo.
Sancta Maria Magdalena, } ora pro
Sancta Lucia, } eo.
Omnes sanctae Virgines, et Viduae,
orate pro eo.

Omnes Sancti, et Sanctae Dei, In-
tercedite pro eo.

Propitius esto, Parce ei Domine.

Propitius esto,

Ab ira tua,

A periculo mortis,

A mala morte,

A poenis inferni,

Ab omni malo,

A potestate diaboli,

Per nativitatem tuam,

Per crucem et passionem tuam,

Per mortem et sepulturam tu-
am,

Per gloriosam resurrectionem
tuam,

Per admirabilem Ascensionem
tuam,

Per gratiam Spiritus sancti Pa-
racliti,

In die iudicii,

Peccatores,

Ut ei parcas,

terogamus, audinos.

libera eum Domine.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.

*Deinde cum in agone sui exitus
anima anxiatur, dicantur sequen-
tes Orationes.*

ORATIO.

Proficiscere anima Christiana de
hoc mundo, in nomine Dei Patris
omnipotentis, qui te creavit: in no-
mine Jesu Christi Filii Dei vivi, qui
pro te passus est, in nomine Spiritus
sancti, qui in te effusus est: in nomi-
ne Angelorum et Archangelorum:
in nomine Thronorum et Domina-
tionum: in nomine Principatum
et Potestatum: in nomine Cherubim
et Seraphim: in nomine Patriarcha-
rum, et Prophetarum: in nomine
sanctorum Apostolorum et Evange-
listarum et Martyrum: in nomine

In.

libera eum Domine.

sanctorum Monachorum, et Eremitarum: in nomine sanctorum Virginum, et omnium Sanctarum et Sanctarum Dei: hodie sit in pace locus tuus, et habitatio tua in sancta Sion. Per eundem Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

ORATIO.

Deus misericors, Deus clemens, Deus, qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata poenitentium deles, et praeteritorum criminum culpas venia remissionis evacuas: respice propitius super hunc famulum tuum N. et remissionem omnium peccatorum suorum tota cordis confessione poscentem deprecatus exaudi. Renova in eo piissime Pater, quidquid terrena fragilitate corruptum, vel quidquid

Ere-
Vir-
n et
pace
anc-
Do-
diabolica fraude violatum est, et u-
nitati corporis Ecclesiae membrum
redemptionis annecte. Miserere Do-
mine gemituum, miserere lacry-
marum ejus, et non habentem fidu-
ciam, nisi in tua misericordia, ad
tuae sacramentum reconciliationis
admitte. Per Christum Dominum
nostrum.

R. Amen.

ens,
em
oe-
um
nis
per
io-
um
em
pi-
ra-
id
Commendo te omnipotenti Deo,
charissime frater, et ei, cujus es cre-
atura, committo, ut, cum humani-
tatis debitum morte interveniente
persolveris, ad auctorem tuum, qui
te de limo terrae formaverat, re-
vertaris. Egredienti itaque animae
 tuae de corpore splendidus Angelo-
rum coetus occurrat: judex Aposto-
lorum tibi senatus adveniat: candi-
datorum tibi Martyrum triumphator
exercitus obviet: liliata rutilan-

tium te Confessorum turma circumdet: jubilantium te Virginum chorus excipiat, et beatæ quietis in sinu Patriarcharum te complexus astringat, mitis atque festivus Christi Jesu tibi aspectus appareat, qui te inter assistentes sibi jugiter interesse discernat. Ignoret omne, quod horret in tenebris, quod stridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus satanas cum satellitibus suis, in adventu tuo te comitantibus Angelis contremiscat, atque in aeternæ noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus, et dissipentur inimici ejus, et fugiant, qui oderunt eum, a facie ejus. Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera a facie ignis: sic pereant peccatores a facie Dei: et justî epulentur, et exultent in conspectu Dei. Confundantur igitur, et erubescant omnes tartareæ

legi
um
te a
cruc
mor
gna
lius
per
suas
ab
vat,
toru
Red
vide
mar
cias
ter
tion
sae

legiones, et ministri satanae iter tuum impedire non audeant. Liberet te a cruciatu Christus, qui pro te crucifixus est. Liberet te ab aeterna morte Christus, qui pro te mori dignatus est. Constituat te Christus Filius Dei vivi intra paradisi sui semper amoena virentia, et inter oves suas te verus ille Pastor agnoscat. Ille ab omnibus peccatis tuis te absolvat, atque ad dexteram suam in electorum suorum te sorte constituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas, et praesens semper assistens, manifestissimam beatis oculis aspicias veritatem. Constitutus igitur inter agmina beatorum, contemplationis divinae dulcedine potiaris in saecula saeculorum.

R. Amen.

ORATIO.

Suscipe Domine servum tuum
in locum sperandae sibi salvationis
a misericordia tua.

R. Amen.

Libera Domine animam servi
tui ex omnibus periculis inferni, et
de laqueis poenarum, et ex omni-
bus tribulationibus.

R. Amen.

Libera Domine animam servi
tui, sicut liberasti Henoch et Eliam
de communi morte mundi.

R. Amen.

Libera Domine animam servi
tui, sicut liberasti Noe de diluvio.

R. Amen.

Libera Domine animam servi
tui, sicut liberasti Abraham de Ur
Chaldaeorum.

R. Amen.

L
tui, s
bus s
F
L
tui, s
de m
B
L
tui, s
et de
F
L
tui, s
Phar
F
L
tui, s
leon
I
I
tui, s

Libera Domine animam servi
tui, sicut liberasti Job de passioni-
bus suis.

R. Amen.

Libera Domine animam servi
tui, sicut liberasti Isaac de hostia et
de manu patris sui Abrahæ.

R. Amen.

Libera Domine animam servi
tui, sicut liberasti Lot de Sodomis,
et de flammis ignis.

R. Amen.

Libera Domine animam servi
tui, sicut liberasti Moysen de manu
Pharaonis regis Aegyptiorum.

R. Amen.

Libera Domine animam servi
tui, sicut liberasti Daniele de lacu
leonum.

R. Amen.

Libera Domine animam servi
tui, sicut liberasti tres pueros de ca-

mino ignis ardentis, et de manu regis iniqui.

R. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti Susannam de falso crimine.

R. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti David de manu regis Saul, et de manu Goliae.

R. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti Petrum et Paulum de carceribus.

R. Amen.

Et sicut beatissimam Theclam Virginem et Martyrem tuam de tribus atrocissimis tormentis liberasti, sic liberare digneris animam hujus servi tui, et tecum facias in bonis congaudere coelestibus.

R. Amen.

Oremus.

Commendamus tibi Domine animam famuli tui N. precamurque te Domine Jesu Christe Salvator mundi, ut propter quam ad terram misericorditer descendisti, Patriarcharum tuorum sinibus insinuare non renuas. Agnosce Domine creaturam tuam, non a diis alienis creatam, sed a te solo Deo vivo et vero: quia non est alius Deus praeter te, et non est secundum opera tua. Laetifica Domine animam ejus in conspectu tuo, et ne memineris iniquitatum ejus antiquarum, et ebrietatum, quas suscitavit furor sive fervor mali desiderii. Licet enim peccaverit, tamen Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum non negavit, sed credidit, et zelum Dei in se habuit, et Deum, qui fecit omnia, fideliter adoravit.

ORATIO.

Delicta juventutis, et ignorantias ejus, quaesumus, ne memineris Domine, sed secundum magnam misericordiam tuam memor esto illius in gloria claritatis tuae. Apperiantur ei coeli, collaetentur illi Angeli. In regnum tuum Domine servum tuum suscipe. Suscipiat eum sanctus Michael Archangelus Dei, qui militiae coelestis meruit principatum. Veniant illi obviam sancti Angeli Dei, et perducant eum in civitatem coelestem Jerusalem. Suscipiat eum beatus Petrus Apostolus, cui a Deo claves regni coelestis traditae sunt. Adjuvet eum sanctus Paulus Apostolus, qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro eo sanctus Joannes electus Dei Apostolus, cui revelata sunt secreta coelestia. Orent pro eo omnes sancti Apo-

stoli,
testas
cedar
ti Dei
ment
ut vir
mere
stis:
su Ch
sanct
color
B
S
cunt
mini
macu
E
hoc
B
rite A
anim
cons

stoli, quibus a Domino data est potestas ligandi atque solvendi. Intercedant pro eo omnes Sancti et Electi Dei, qui pro Christi nomine tormenta in hoc saeculo sustinuerunt, ut vinculis carnis exutus, pervenire mereatur ad gloriam regni coelestis: praestante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum.

R. Amen.

Si anxiatur adhuc anima, dicuntur hi Psalmi, videlicet: Confitemini. 117. et totus Psalm. Beati immaculati. per horas distributus. 118.

Egressa autem anima dicitur hoc

R. Subvenite Sancti Dei, occurrere Angeli Domini: * Suscipientes animam ejus: * Offerentes eam in conspectu Altissimi.

✠. Suscipiat te Christus, qui vocavit te, et in sinum Abrahae Angelus deducat te. Suscipientes.

✠. Requiem aeternam dona ei Domine, et lux perpetua luceat ei. Offerentes. *Deinde.* Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. *Postea* Pater noster. *secreto.*

✠. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos a malo.

✠. Requiem aeternam dona ei Domine.

℞. Et lux perpetua luceat ei.

✠. A porta inferi.

℞. Erue Domine animam ejus.

✠. Requiescat in pace.

℞. Amen.

✠. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

✠. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

T
anima
saecul
tatem
cata c
dissim
stum I

An
dictur
cite, e
Deind
✠.
Domi
℞.
tempo
num t

Oremus.

Tibi Domine commendamus animam famuli tui N. ut defunctus saeculo tibi vivat: et quae per fragilitatem humanae conversationis peccata commisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Benedictio Mensæ.

Ante prandium Sacerdos benedicturus mensam incipit: Benedicite, et alii repetunt: Benedicite. Deinde dicit.

V. Oculi omnium: In te sperant Domine.

R. Et tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, et imples omne animal

benedictione. Gloria Patri, et Filio,
etc. Sicut erat. etc.

Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison. *Pater noster.*

℣. Et ne nos inducas in tentati-
onem.

℞. Sed libera nos a malo.

Oremus.

Benedic Domine nos, et haec tua
dona, quae de tua largitate sumus
sumpturi. Per Christum Dominum
nostrum.

℞. Amen.

Deinde Lector. Jube domne be-
nedicere. *Benedictio.* Mensae coe-
lestis participes faciat nos Rex aeter-
nae gloriae.

℞. Amen.

Lector. Deus charitas est, et qui
manet in charitate, in Deo manet,
et Deus in eo.

℞.
benedic
aetern
Po
hoc mo
tem De
℞.
Sa
℣.
omnia
℞.
℣.
℞.
Post
Agi
Deus p
Qui vi
caloru
℞.
De
mus M

R. Et ipsa sancta charitas nos
benedicat, et ad vitam perducatur
aeternam. Amen.

*Post prandium aguntur gratiae
hoc modo: Dicto a Lectore. Tu au-
tem Domine miserere nobis.*

R. Deo gratias.

Sacerdos dicit.

V. Confiteantur tibi Domine
omnia opera tua.

R. Et sancti tui benedicant tibi.

V. Gloria Patri etc.

R. Sicut erat etc.

Postea Sacerdos absolute dicit:

Agimus tibi gratias omnipotens
Deus pro universis beneficiis tuis:
Qui vivis, et regnas in saecula sae-
culorum.

R. Amen.

*Deinde alternatim dicitur Psal-
mus Miserere, vel Laudate Domi-*

num omnes gentes. *In fine* Gloria Patri. Sicut erat etc.

Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison. *Pater noster, secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos a malo.

℣. Dispersit, dedit pauperibus.

℞. Justitia ejus manet in saeculum saeculi.

℣. Benedicam Dominum in omni tempore.

℞. Semper laus ejus in ore meo.

℣. In Domino laudabitur anima mea.

℞. Audiant mansueti et laentur.

℣. Magnificate Dominum mecum.

℞. Et exaltemus nomen ejus in idipsum.

℣. Sit nomen Domini benedictum.

℞.
saecul

Re
omnib
propte
nam.

℞.
℣.
℞.
℣.

cordia

℞.
Pat

quo fin
nobis su

℞.
Ant

urus m
alii rep
licit.

R. Ex hoc nunc, et usque in
saeculum.

Deinde sine

Oremus.

Retribuere dignare, Domine,
omnibus nobis bona facientibus
propter nomen tuum, vitam aeter-
nam.

R. Amen.

V. Benedicamus Domino.

R. Deo gratias.

V. Fidelium animae per mise-
ricordiam Dei requiescant in pace.

R. Amen.

Pater noster. Totum secreto,
quo finito Sacerdos dicit: Deus det
nobis suam pacem.

R. Amen.

Ante Cœnam Sacerdos benedic-
turus mensam, incipit: Benedicite.
Alii repetunt. Benedicite. Deinde
dicit.

V. Edent pauperes, et saturabuntur.

R. Et laudabunt Dominum, qui requirunt eum, vivent corda eorum in saeculum saeculi. Gloria Patri etc. Sicut erat etc. Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. *Pater noster. Secreto.*

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

Oremus.

Benedic † Domine nos, et haec tua dona, quae de tua largitate sumus sumpturi. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Deinde Lector: Jube domne benedicere. *Benedictio.* Ad caenam vitae aeternae perducatur nos Rex aeternae gloriae.

R. Amen.

Dein: Deus Charitas, ut supra.

Post Cœnam aguntur gratiæ

hoc modo: Dicto a Lectore. Tu autem Domine miserere nobis.

R. Deo gratias.

Sacerdos dicit:

V. Memoriam fecit mirabilium suorum.

R. Misericors, et miserator Dominus. Escam dedit timentibus se.

Gloria Patri. Sicut erat etc.

Deinde sine Oremus.

Benedictus Deus in donis suis, et sanctus in omnibus operibus suis, qui vivit, et regnat in saecula saeculorum.

R. Amen.

Deinde alternatim dicitur Psalm.

Miserere vel Laudate Dominum omnes gentes. Et reliqua ut supra.

In die Jejunii, quando una tan-

tum sumitur Refectio ; omnia dicuntur, ut in Cæna supra.

Prædictus modus benedicendi mensam, et agendi gratias servatur omni tempore. præterquam diebus infra scriptis, in quibus versiculi, et Psalmi tantum variantur.

In Nativitate Domini usque ad Cænam Vigiliæ Epiphaniæ exclusive, dicitur.

V. Verbum caro factum est, alleluja.

R. Et habitavit in nobis, alleluja. Gloria Patri etc.

In fine dicitur.

V. Notum fecit Dominus, alleluja.

R. Salutare suum, alleluja. Alia ut supra.

Psalmus 97.

Cantate Domino canticum novum : quia mirabilia fecit. etc.

Vel Laudate Dominum omnes
gentes. *Qui Psalmus semper ad be-*
neplacitum dici potest, etiam in aliis
solemnitatibus.

In Epiphania, et per totam Oc-
tavam.

V. Reges Tharsis, et insulae
munera offerent, alleluja.

R. Reges Arabum, et Saba do-
na adducent, alleluja,
Gloria Patri etc.

In fine

V. Omnes de Saba venient al-
leluja.

R. Aurum, et thus deferentes,
alleluja.

Gloria Patri etc.

Psalmus.

Deus iudicium tuum regi da,
et iustitiam tuam filio regis. etc.

Feria V. in Cæna Domini dicitur absolute.

℟. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem. Deinde: Pater noster. Totum secreto. Quo dicto, sine pronuntiatione aliqua sacerdos signo crucis benedicit mensam, nec additur: Jube domine: nec: Tu autem. In fine repetitur.

℟. Christus factus est. ut supra, sine Pater noster. Postea psalm. Miserere mei Deus. Quo finito sine Gloria Patri. secreto dicitur. Pater noster. Deinde sacerdos dicit absolute Orationem. Respice quaesumus. ut in Officio, et non pronuntiat: Qui tecum: nec: Fidelium animae, sed secreto dicitur Pater noster; nec additur: Deus det etc.

In Parasceve eodem modo fit, sicut in Cæna Domini: sed additur ad

V. Christus factus est etc. Mor-
tem autem Crucis.

*Sabbato Sancto dicitur: Bene-
dicite.*

R. Benedicite.

V. Vespere autem Sabbati, quae
lucescit in prima Sabbati, alleluja.

R. Venit Maria Magdalene, et
altera Maria videre sepulchrum, al-
leluja. Gloria Patri etc.

In fine repetitur.

V. Vespere autem. *ut supra*
cum Gloria Patri, Psalm. Laudate
Dominum omnes gentes. Gloria Pa-
tri. Et *alia ut supra, in prima Be-
nedictione.*

*In die Paschæ, et deinceps us-
que ad Cœnam sequentis Sabbati*
dicitur.

V. Haec dies, quam fecit Domi-
nus, alleluja.

R. Exulemus, et laetemur in
ea, alleluja. Gloria Patri etc.

In fine repetitur.

V. Haec dies. Gloria Patri. etc.

Psalmus 117.

Confitemini Domino, quoniam bonus etc.

In Ascensione Domini usque ad Vigiliam Pentecostes exclusive. Ascendit Deus in jubilatione, alleluja.

R. Et Dominus in voce tubae, alleluja. Gloria Patri etc.

In fine dicitur. Ascendens Christus in altum, alleluja.

R. Captivam duxit captivitatem, alleluja.

Gloria Patri etc.

Psalmus 46.

Omnes gentes plaudite manibus etc.

In Pentecoste a Vigilia ejusdem

*inclusive usque ad Cœnam seq. Sab-
bati exclusive.*

V. Spiritus Domini replevit orbem terrarum, alleluja.

R. Et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis, alleluja, Gloria Patri etc.

In fine

V. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, alleluja.

R. Et coeperunt loqui, alleluja.

Psalmus. 47.

Magnus Dominus, et laudabilis nimis etc.

Preces Vespertinæ.

In nomine † Patris, et Filii, † et Spiritus † sancti, Amen.

Benedicta sit sancta et individua

Trinitas, nunc et semper, et per infinita saecula saeculorum, Amen.

Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis.

Quinque puncta Exercitii Vespertini.

1. *Solve Deo grates.* 2. *Pete lumen.* 3. *Discute mentem.* 4. *Delicti veniam posce.* 5. *Recide malum.*

I. Gratiarum actio.

O infinita Bonitas, gratias ex intimo corde ago tibi pro omnibus beneficiis tuis, quae mihi indigno hodie, et tota vita mea tam liberaliter contulisti. Sit tibi laus et gloria a me, et ab electis tuis, in caelo et in terra, et ab omni creatura tua, in saeculorum saecula.

II. Petitio luminis.

O sapientia aeterna, in multis
eheu! offendimus omnes, sed delicta
quis intelligit? Tu o lux vera illumina
tina tenebras meas, ut videam, et
sciam, quid desit mihi. Tu nosti omnia
abscondita cordis, et omnes gressus
meos consideras. Da ergo, ut,
quidquid hodie contra te, cogitando,
loquendo, vel operando deliqui,
id plene recogitem tibi in amaritudine
animae meae.

III. Discussio Conscientiæ.

O Scrutator cordium et renum
Deus! infelix ego peccavi hodie in
coelum et coram te, et quomodo
possum celare te, qui praevidisti
omnes vias meas, et intellexisti cogitationes
meas de longe? Quid faciam tibi, o Custos
hominum? Heu me Domine, peccavi, et delicta mea

a te non sunt abscondita. Sed et si meipsum dijudico, en reprehendit me cor meum, in his maxime peccatis. *Hic examina conscientiam tuam.*

IV. Petitio veniæ.

O Pater misericordiarum, qui non laetaris in perditione peccatorum, respice me secundum multitudinem miserationum tuarum. Ego omnes offensas hujus diei, et totius vite meae depono in abyssum æternæ charitatis tuæ, qua dilexisti nos. Doleo ex intimo corde meo, me tam ingratum fuisse tot beneficiis tuis, et toties te Deum, et summum Bonum meum offendisse. Precor per mortem et amorem Filii tui Jesu Christi, parce misero, et dimitte mihi clementissime, quidquid hodie, vel unquam in te, proximum, et meipsum peccavi.

V.

C

Num
ram

pono

lunta

re, vo

pecca

ones

dem

ergo

se, a

jube

pie v

num

futur

Chri

In r

et Fi

V. Propositum Emendationis.

O potentissime Deus, sine cujus Numine nihil est in homine, coram te, et omni Curia coelesti propono firmiter exactius Regulam voluntatis tuae sequi, mores corrigere, vocationi meae magis attendere, peccata simul, ac peccandi occasiones devitare. Verum haec ego quidem volo, sed sine te non valeo. Tu ergo, qui das velle, adde etiam posse, ac perficere. Da, quod jubes, et jube, quod vis, ut sobrie, juste, et pie vivam in hoc saeculo, et aeternum te laudem cum Sanctis tuis in futuro, Amen.

TESTAMENTUM

Christiani hominis indies vesperi faciendum.

In nomine SS. Trinitatis, Patris † et Filii † et Spiritus † sancti. Ego

animam meam trado, et commendo Deo meo, corpus autem terrae, vermibus, et corruptioni. Libens desero omnes hujus vitae illecebras, quae nihil sunt, nisi vanitas vanitatum, et omnia vanitas. Detestor peccata mea, quia displicent Deo infinite bono, quem amo super omnia: ex amore Dei animus ignosco omnibus inimicis meis.

Credo in Deum, unum in essentia et trinum in personis, Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, quia est Creator, Redemptor et Sanctificator meus, infinite potens, sapiens, et bonus. Credo firmiter, quidquid credendum sancta Mater Ecclesia proponit.

Spero a divina bonitate remissionem peccatorum, gratiam, et vitam aeternam. Amo Deum ex toto corde, ex tota mente, et ex omnibus viribus meis.

Subjicio me penitus et perfecte
omni illi, quidquid de me sanctissi-
ma et semper adoranda Dei volun-
tas disposuerit. Paratus sum facere,
et pati, vivere, et mori, ut placitum
est ante te, mi Deus, fiat voluntas
tua sicut in coelo et in terra.

Commendo corpus et animam
meam patrocinio gloriosissimae
Virginis Mariae, Matris ac Patro-
nae meae dulcissimae, S. Angeli mei
Custodis, S. Josephi, S. P. N. Fran-
cisci, S. Antonii Paduani, SS. Joa-
chim et Annae, et omnium Sancto-
rum, quos demissime obtestor, ut
mihi adesse velint nunc, et in hora
mortis meae.

Ultima mea verba erunt JESUS,
MARIA, JOSEPH. in horum ample-
xu vivere et mori volo, et si sancta
haec Nomina tum lingua non pos-
set eloqui, eloquetur illa cor meum.

Et si usu rationis in hora mortis destituar, jam protestor, jam enuntio pro tunc, omni possibili ardore, reverentia, et submissione: Jesus, Maria, Joseph.

Commendatio ad Deum.

In benedictas manus tuas, Domine Deus meus, et in sinum piissimae providentiae tuae me, et omnes, maxime vero, pro quibus orare teneor, quoad corpus et animam protegendos, gubernandos, et conservandos nunc, et in hora mortis commendo. Dignare nos sub alas paternae protectionis tuae suscipere, ab omni malo custodire, immaculatos conservare, et tuae sanctissimae voluntati in omnibus conformare, ut in te aeternaliter quiescere mereamur. Qui vivis, et regnas Deus in saecula saeculorum, Amen.

COMMENDATIO

ad dulcissimum cor Jesu.

O cor Jesu dulcissimum, tibi commendo hac nocte cor, et corpus meum, ut in te dulciter requiescam. Et quoniam ego jam obdormiturus Deum laudare nequeo, tu illud pro me supplere digneris, ita, ut quot pulsus cor meum hac nocte dederit, tot laudes sanctissimae Trinitati pro me persolvas, omnemque halitum, quem spiravero, in te susceptum eidem tanquam vivas amoris scintillas offeras, Amen.

Ad B. V. MARIAM.

O Domina mea sancta Maria, me in tuam benedictam fidem, ac singularem custodiam, et in sinum misericordiae tuae hac nocte, et semper, et maxime in hora exitus mei, animam, et corpus commen-

do. Omnem spem, et consolationem meam, vitam, et finem vitae meae tibi committo, ut per tuam sanctissimam intercessionem, et per merita tua, omnia mea dirigantur, et disponantur opera secundum tuam, tuique Filii sanctissimam voluntatem, et sub protectione ejusdem dilecti Filii tui hac nocte securus delitescere, et callidi hostis insidias efugere possim, Amen.

Monstra te esse Matrem nunc et semper, et in aeternum, o clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria!

Ad S. Angelum Custodem.

O amantissime Angele Dei! qui hucusque tam fidelis Custos es mei, dignare insuper hac nocte cor, et corpus meum immaculatum conservare, ut tecum merear SS. Trinitatem aeternaliter contemplari, amare, et glorificare, Amen.

Ad SS. Patronos.

O sancte Pater Francisce, et vos omnes sancti mei Patroni N. N. et omnes electi Dei supplete vices fragilitatis meae in benedicendo, laudando, et superexaltando Domino nostro, misericordias ejus in aeternum cantantes, et gratiam mihi impetrate, in gratia ejus vivendi, hac nocte quiescendi, moriendi, et gloria ejusdem vobiscum in aeternum perfruendi, Amen.

Pro Defunctis.

Memor esto, benignissime Deus, misericordiarum tuarum, quae a saeculo sunt. Da fidelibus omnibus defunctis refrigerium, et requiem sempiternam, descendat piissime Jesu Sanguinis tui rosei effusio in purgatorium, et recreet, refrigeretque omnes animas ibi captivas. Li-

bera eas, Domine Deus noster, ex omnibus angustiis earum, et perduc eas ad requiem sempiternam, Amen.

Pater noster, Ave Maria.

Ad aquam benedictam.

Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor, lavabis me, et super nivem dealabor.

Has sacras quatuor litteras J. N. R. J. scribe in fronte et simul pronuntia;

Jesus Nazarenus Rex Judaeorum, hic titulus triumphalis Salvatoris mei Jesu Christi praeservet me a subitanea, improvisa, et mala morte. Fugite partes adversae, vicit Leo de tribu Juda, Radix David, alleluja.

Dum stratum ingrederis.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Crucifixi cubitum eo, qui me

redemit suo pretioso Sanguine: ille
me † benedicat, regat, hac nocte
ab omni malo custodiat, et post hanc
miseram vitam perducatur ad vitam
aeternam, Amen.

In strato jam cubans.

In manus tuas, Domine, com-
mendo spiritum meum: redemisti
me Domine Deus veritatis. In pace
in id ipsum dormiam, et requiescam.

ITINERARIUM.

*Clericus ipso itineris ingressu,
si solus fuerit, dicat, quæ sequun-
tur, in singulari, si cum sociis, in
plurali. Antiphona. In viam pacis.*

Canticum Zachariæ.

Benedictus Dominus Deus Israel:
quia visitavit, et fecit redemptio-
nem plebis suae.

Et erexit cornu salutis nobis: in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum: qui a saeculo sunt, prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris: et de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: et memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum: daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: serviamus illi.

In sanctitate et justitia coram ipso: omnibus diebus nostris.

Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis: praeibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis ple-

biejus: in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiae Dei nostri: in quibus visitavit nos, oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria Patri etc.

Postea dicatur Antiphona.

In viam pacis et prosperitatis dirigat nos omnipotens et misericors Dominus, et Angelus Raphael comitetur nobiscum in via, ut cum pace, salute, et gaudio revertamur ad propria.

Kyrie eleison,

Christe eleison,

Kyrie eleison.

Pater noster secreto.

℣. Et ne nos inducas in tenta-
tionem.

℞. Sed libera nos a malo.

℣. Salvos fac servos tuos.

℞. Deus meus sperantes in te.

℣. Mitte nobis Domine auxili-
um de sancto.

℞. Et de Sion tuere nos.

℣. Esto nobis Domine turris
fortitudinis.

℞. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in
nobis.

℞. Et filius iniquitatis non ap-
ponat nocere nobis.

℣. Bonus Dominus die quo-
tidie.

℞. Prosperum iter faciat nobis
Deus salutarium nostrorum.

℣. Vias tuas Domine demon-
stra nobis.

℞. Et semitas tuas edoce nos.

V. Utinam dirigantur viae nostrae.

R. Ad custodiendas justificationes tuas.

V. Erunt prava in directa.

R. Et aspera in vias planas.

V. Angelis suis Deus mandavit de te.

R. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui filios Israel per maris medium sicco vestigio ire fecisti, quique tribus Magis iter ad te stella duce pandisti: tribue nobis quaesumus iter prosperum, tempusque

tranquillum, ut Angelo tuo sancto comite, ad eum, quo pergimus, locum, ac demum ad aeternae salutis portum pervenire feliciter valeamus.

Deus, qui Abraham puerum tuum de Ur Chaldaeorum eductum per omnes suae peregrinationis vias illaesum custodisti: quaesumus, ut nos famulos tuos custodire digneris; esto nobis Domine in procinctu suffragium, in via solatium, in aestu umbraculum, in pluvia et frigore tegumentum, in lassitudine vehiculum, in adversitate praesidium, in lubrico baculus, in naufragio portus, ut te duce, quo tendimus, prospere perveniamus, et demum incolumes ad propria redeamus.

Adesto, quaesumus Domine, supplicationibus nostris, et viam famulorum tuorum in salutis tuae

pro
nes
sen

De
tis i
sor
que
Do

Fer
do

Mis

per
nis
inf
ac

prosperitate dispone, ut inter omnes viae et vitae hujus varietates tuo semper protegatur auxilio.

Praesta quaesumus omnipotens Deus, ut familia tua per viam salutis incedat, et beati Joannis Praecursoris hortamenta sectando, ad eum quem praedixit, segura perveniat, Dominum nostrum etc.

V. Procedamus in pace.

R. In nomine Domini, Amen.

Ferma Absolutionis generalis, quae dari solet Fratribus in extremis constitutis.

Dicto Confiteor. Sacerdos dicit: Misereatur, etc. Indulgentiam, etc.

Dominus noster Jesus Christus per merita suae sacratissimae Passionis te absolvat, et gratiam suam tibi infundat, et ego auctoritate ipsius, ac beatorum Apostolorum Petri, et

Pauli, et Summorum Pontificum mihi in hac parte commissa, et tibi concessa, te absolvo ab omni vinculo excommunicationis majoris, vel minoris et ab omni sententia suspensionis, et interdicti, et dispenso tecum in omni irregularitate, si quam contraxisti, et restituo te unioni, et participationi fidelium, nec non sanctis Sacramentis Ecclesiae.

Eadem autoritate ego te absolvo ab omni transgressione votorum tui Ordinis, et Statutorum Papalium, Generalium, Provincialium, Custodialium, Localium, et Synodaliū, quorumcunque. Eadem autoritate ego te absolvo ab omni divino Officio male persoluto, Horis indebite transpositis, vel omissis.

Item eadem autoritate ego te absolvo ab omnibus peccatis tuis, quibus contra Deum fragilitate hu-

mana, ignorantia, vel malitia deliquisti: concedens tibi remissionem, et indulgentiam plenariam omnium peccatorum tuorum confessorum, et cunctorum, de quibus etiam non recordaris, aut oblitus fuisti, in quantum claves Ecclesiae se extendunt.

Item eadem autoritate ego te absolvo a poenis purgatorii, quas pro peccatis commissis, et delictis in hoc mundo perpetratis meruisti: restituendo te illi statui innocentiae, in quo eras, quando baptizatus fuisti. In nomine † Patris, † et Filii, et † Spiritus sancti, Amen.

Quod si hac vice non decesseris, reservo tibi hanc gratiam usque ad extremum mortis tuae articulum.

Hoc maximum Privilegium Indulgentiarum in mortis articulo Religiosis claustralibus (idem est de

Tertiarius, et Chordigeris in hoc communicantibus) hac conditione, et onere a summis Pontificibus concessum fuit, ut qui legere sciunt, Psalmos Pœnitentiales cum suis Litaniiis omnium Sanctorum, versibus, et orationibus annexis dicant toties, quot hebdomadæ sunt in anno, videlicet 52. Qui vero legere nesciunt, debent alia pia opera ad arbitrium sui Confessarii facere.

Ita Compendium privilegiorum Nostrorum V. Absolutio Extraordinaria quoad Fratres. n. 4.

Forma absolvendi ab Excommunicatione majori quacunque in foro conscientie.

Dicto Confiteor etc. Indulgentiam etc. subjungitur:

Dominus noster etc. et Ego etc. te absolvo a vinculo excommunica-

tionis, quam incurristi propter percussionem Clerici (*aut talem, vel talem causam*) et restituo te Sacramentis Ecclesiae, et Communioni Fidelium. In nomine Patris etc.

Eadem Forma observatur in Absolutione a Suspensione, solumque additur: absolvo te a suspensione, et restituo te ad executionem tui Ordinis (vel Officii, vel ad tuum Beneficium) In nomine Patris etc.

Item in absolutione ab Interdicto, dicendo: Ego absolvo te a vinculo Interdicti, quod incurristi propter hanc, vel illam causam, in nomine Patris etc.

Forma Dispensationis in Irregularitate.

Ego dispenso tecum in Irregularitate, quam incurristi ob hanc, vel illam causam, in nomine Patris etc.

*Forma dispensandi in impedimen-
tis Matrimonii in foro Sacramen-
tali tantum.*

Ante Matrimonium contractum.

*Audita Confessione Sacramen-
tali, et injuncta præscripta, ac
debita pœnitentia, sic fiat absolutio.*
Misereatur etc. Indulgentiam. etc.

Dominus N. J. Christus te absol-
vat etc. in quantum possum, et tu
indiges. Insuper auctoritate Aposto-
lica (vel Episcopali *si Episcopus di-
spensavit*) mihi specialiter quoad
hoc delegata, ego tecum dispenso
super impedimento Affinitatis illicitæ
in primo gradu (*vel super alio
quopiam*) ut illo non obstante Ma-
trimonium valide ac licite contra-
here, ac consummare possis. Pariter
eadem auctoritate proles, si quas
suscepisti, vel adhuc suscipies, legi-
timas esse volo, et declaro. Deinde:

Ego te absolvo a peccatis tuis etc.
Passio D. N. Jesu Christi. etc.

Post Matrimonium contractum.

Servatis servandis, ut ante. Misereatur etc. Ego tecum dispense super impedimento primi Affinitatis gradus ex copula illicita, quam cum sorore tuae putatitiae conjugis antea habuisti, ut illo non obstante, renovato consensu, Matrimonium cum ea contrahere, consummare, et in illo remanere licite, ac valide possis. Pariter eadem auctoritate proles etc. *ut ante.*

Forma dispensandi in voto Castitatis in ordine ad Matrimonium contrahendum.

Misereatur etc. Indulgentiam etc.

Dominus N. J. Christus te absolvat etc. et tu indiges. Insuper Autho-

ritate Apostolica specialiter mihi delegata dispenso tecum super voto castitatis a te emisso illudque in opera poenitentiae N. N. commuto, ut eo non obstante Matrimonium contrahere, ac debitum conjugale reddere, et exigere licite valeas. Deinde: Ego te absolvo etc. Passio D. N. Jesu Christi etc.

Pro dispensatione aliorum votorum simplicium nulla præscripta est specialis Forma verbalis, sed sufficit animum dispensandi exterius manifestare etiam extra Confessionale.

Benedictio danda Fratribus in fine jejunii benedicti.

Dominus noster Jesus Christus, qui per jejunium quadraginta dierum desertum sanctificavit, ille vos benedicat, et sanctificet, et ad hoc

mih
voto
in o
uto,
nium
agale
. De
o D.
n vo
crip
s, sed
exte
Con-

acrum jejunium ulterius peragen-
tum, prosequendumque, quoad vi-
ceritis, animum, viresque concedat.
Qui cum Patre et Spiritu sancto vi-
vit, et regnat in saecula saeculo-
rum, Amen.

Tum aspergens Superior Fratres
aqua benedicta dicat.

Pax, et benedictio Dei omni-
potentis, Patris, et Filii, et Spiritus
sancti descendat super vos, et ma-
neat semper, Amen.

fine

BENEDICTIO

Imaginum, numismatum etc. Ser-
vatoris nostri, Christi Crucifixi,
B. V. Mariæ, aut aliorum Sanc-
torum.

e vos
d hoc

- V. Adjutorium nostrum etc.

Oremus.

Omnipotens, sempiternus Deus! Majestatem tuam suppliciter exoramus, ut has icones (vel numismata) in quibus gloriosa imago N. expressa est, beneddicere, et sanctificare digneris, et praesta: ut quicumque sub ejus invocatione ad te devote confugerint, (*si vero fuerint effigies Crucifixi, omissis superioribus, dicitur*: ut quicumque ante has, ad te adorandum, se devote inclinaverint) salutem mentis et corporis consequantur; et a cunctis periculis liberentur; et quidquid petierint, obtinere mereantur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum. etc.

Omnipotens, aeternus Deus, qui tuam, ac etiam Sanctorum tuorum imagines, seu effigies sculpi aut pingi non repudias, ut quoties illas

culis corporeis intuemur, toties
 actus et sanctitatem eorum, ad imi-
 andum animis meditemur, has,
 quaesumus, imagines (vel hanc
 sculpturam, vel haec numismata)
 in memoriam et honorem N. N. ad-
 aptatas beneddicere, et sancti † fi-
 care digneris, et praesta: ut quicum-
 que coram illis te, et gloriosum
 Confessorem (vel Martyrem, vel
 Virginem etc.) N. suppliciter hono-
 rare studuerint, illius precibus et
 obtentu a te gratiam in praesenti,
 et aeternam gloriam obtineant in
 futuro. Per Dominum nostrum. etc.

*Deinde Sacerdos aspergat aqua
 benedicta imagines dicendo:*

Benedictio Dei omnipotentis,
 Patris, et Filii, et Spiritus † sanc-
 ti, descendat super has imagines
 etc. et super eos, qui illas veneratu-
 ri sunt, et maneat semper.

R. Amen.

Nota. Si benedicens Sacerdos facultatem habeat adplicandi Indulgentiam Plenariam in articulo mortis, addat sequentia :

Et auctoritate Sanctae Romanae Ecclesiae, mihi in hac parte commissa, adplico ei Indulgentiam Plenariam in articulo mortis. In nomine Patris † et Filii † et Spiritus † sancti. Amen.

BENEDICTIO

Rosariorum B. V. Mariae.

V. Adjutorium nostrum etc.

Oremus.

Omnipotens et misericors Deus, qui propter eximiam charitatem tuam, qua dilexisti nos, Filium tuum unigenitum, Dominum nostrum Jesum Christum, de coelis in terram descendere, et de beatissimae

itatem Virginis Mariae Dominae nostrae
 ariam tero sacratissimo, Angelo nuncian-
 te, carnem suscipere, crucemque
 ac mortem subire, et tertia die glo-
 riose a mortuis resurgere voluisti,
 ut nos eriperes de potestate diabo-
 ni, obsecramus immensam clemen-
 tiam tuam, ut haec signa (*si fuerit
 unum, dicatur in singulari*) Rosarii
 in honorem et laudem ejusdem Ge-
 nitricis Filii tui ab Ecclesia tua fi-
 deli dicata, benedicas et sanctifices
 et, eisque tantam Spiritus sancti in-
 fundas virtutem, ut quicumque ho-
 rum quodlibet secum portaverit,
 atque in domo sua reverenter ha-
 buerit, et in eis ad te, secundum
 ejusdem sanctae Societatis institu-
 ta, divina contemplando mysteria
 devote oraverit, salubri et perse-
 veranti devotione abundet, sitque
 consors et particeps omnium gra-

tiarum, privilegiorum, et indulgentiarum, quae eidem Societati per sanctam Sedem Apostolicam concessa fuerunt, ab omni hoste visibili et invisibili semper ac ubique, in hoc et in futuro saeculo liberetur, et in exitu suo ab ipsa beatissima Virgine Maria Dei Genitrice tibi plenus bonis operibus praesentari mereatur. Per eundem Christum etc. *Aspergantur aqua benedicta.*

Nota. Si benedicens facultatem habeat applicandi Rosariis Indulgentias S. Birgittae nuncupatas, addat haec verba:

Et auctoritate sanctae Romanae Ecclesiae, mihi in hac parte commissa, applico eis (ei) Indulgentias S. Birgittae nuncupatas. In nomine Patris † et Filii † et Spiritus sancti † Amen.

BENEDICTIO

Crucis novæ.

V. Adjutorium nostrum etc.

Oremus.

Rogamus te, Domine sancte Pater omnipotens æternæ Deus, ut digneris benedicere † hoc signum Crucis, ut sit remedium salutare generi humano, sit soliditas fidei, protectus honorum operum, redemptio animarum, sit solamen et protectio ac tutela contra saeva jacula inimicorum. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Oremus.

Benedic † Domine, hanc Crucem tuam, per quam eripuisti mundum a daemonum potestate, et superasti Passione tua suggestorem

peccati, qui gaudebat in praevaricatione primi hominis per ligni vetiti sumptionem. *Hic aspergatur aqua benedicta et dicatur:*

Sanctificetur hoc signum Crucis, in nomine Patris † et Filii † et Spiritus † sancti, ut orantes, inclinantesque se propter Dominum ante istam Crucem, inveniant corporis et animae sanitatem. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Postea Sacerdos genuflexus ante Crucem, devote eam adorat, et osculatur, et idem faciunt, quicumque voluerint.

Nota. Si benedicens Sacerdos facultatem habeat adplicandi Indulgentiam Plenariam in articulo mortis, addat sequentia:

Et auctoritate sanctae Romanae Ecclesiae, mihi in hac parte commissa, adplico ei Indulgentiam Ple-

mariam in articulo mortis. In nomi-
ne Patris † et Filii † et Spiritus sanc-
ti † Amen.

RITUS

*benedicendi Cruces Stationum pro
S. Via Crucis erigenda.*

BENEDICTIO
omnium simul.

Oremus.

Domine Jesu Christe, qui thronum
Crucis throno gloriae praeposuisti,
ut ex eo super inimicos nostros mo-
riendo triumphares, qui gloriam
Crucis triginta tribus annis quaesi-
visti, Crucis viam anhelasti, fideles
tuos non alia via, quam Crucis sal-
vandos volens, sedulo et fatigate ad
eam ineundam verbo pariter, et
exemplo invitasti: Qui vult venire

post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Neque aliam viam tibi ad gloriam eligere voluisti, quam Viam sanctae Crucis, et te pati oportuit, et ita intrare in gloriam. Obinde qui hanc viam negligeret, tuum non esse, neque te dignum conclusisti: respice in nos famulos tuos, qui tuis mandatis, consiliis, vestigiisque inhaerere cupientes, viam sanctae Crucis ambulare, te memoria et affectu ad gloriosum triumphum tuum comitari desideramus, tuam Passionem, nostrae salutis pretium, recollere, flere, et condolere, et praesta, ut hac in devotione fideles tibi socii esse, fructusque gratia tua ex concessione Summorum Pontificum annexos percipere, tecumque ex hac condolentia et gloria tuae sanctissimae Passionis et Crucis aeternum

trium
sum
Jesu
ris e
nitat
nia s
Y
H
Y
mea
I
X
I
I
quas
auth
essa
men
Indu
et qu

a, et triumphare valeamus per temetip-
me. sum Salvatorem, Triumphatorem
riam Iesum Dominum nostrum, qui vi-
ctae tis et regnas cum Deo Patre in u-
a in- nitate Spiritus sancti Deus, per om-
nanc nia saecula saeculorum. Amen.

, ne- *V.* Adjutorium nostrum etc.

pice *R.* Qui fecit etc.

nan- *V.* Domine exaudi orationem
hae- meam.

rucis *R.* Et clamor meus ad te veniat.

ectu *V.* Dominus vobiscum.

n co- *R.* Et cum spiritu tuo.

ssio- *Oremus.*

eco- *Benedic Domine imagines istas,*
esta, *quas et ego virtute tui nominis, et*
i so- *authoritate sanctae Sedis mihi con-*
a ex- *cessa, benedico †, ut sint instru-*
cum- *menta apta omnium gratiarum et*
hac- *indulgentiarum quomodocumque,*
tissi- *et quotiescumque concessarum, ut*
num

populus tibi, et tuae sanctissimae
Passioni devotus, et gratus, fructum
animae suae, defunctis requiem ad-
pisci mereatur. Per te Jesum Re-
demptorem nostrum. Qui vivis etc.

Benedictio Crucis,
vel cujuslibet imaginis singulatim.

Exteⁿde Domine dexteram tuae be-
nignitatis supra hanc crucem, vel
imaginem, et applica ei merita tuae
pretiosissimae Passionis, in cujus
memoriam erigitur, quam et ego
in nomine tuo benedico, ut sit sig-
num, coram quo quicumque tuae
sanctissimae Passionis memor fue-
rit, omnium gratiarum et Indulgen-
tiarum pro se et defunctis particeps
esse valeat. Per te Jesu Christe, qui
vivis etc.

Dum apponitur Imago.

Authoritate igitur mihi concessa,

mae elevo te ad omnes indulgentias, a
ctum Summis Pontificibus concessas. In
adi- nomine Patris † et Filii † et Spiritus
Re- † sancti. Amen.

s etc. Nota. Omnis statio manualiter apponitur,
vel plantatur.

tim.
e be-
, vel
tuae
cujus
t ego
t sig-
tuae
fue-
gen-
iceps
, qui
).
essa,

MODUS

impertiendi Benedictionem in articulo mortis constitutis.

Benedictus XIV. Anno 1747. concessit
Episcopis et eorum delegatis facultatem,
ut haec benedictio cum indulgentia plenaria
eidem annexa, aegrotis illis in mortis arti-
culo post recepta sanctissima Poenitentiae,
Eucharistiae, et extremæ Unctionis Sacra-
menta impertiri possit, qui eam vel petie-
rint, dum sana mente et integris sensibus
erant, seu verosimiliter petiissent, vel de-
derint signa contritionis, etsi postea lin-
guae ceterorumque sensuum usu sint de-
stituti, aut in delirium vel amentiam inci-
derint. Excommunicatis vero, impeniten-

tibus, et qui in manifesto peccato mortali moriuntur, est omnino deneganda.

Haec eadem inferius posita formula a supra dicto Papa Benedicto XIV. praescripta, etiam aliis quibuscunque absolutionibus applicari poterit.

Quare habens hanc absolvendi facultatem Sacerdos, dum ingreditur cubiculum, ubi jacet infirmus dicat: Pax huic domui.

R. Et omnibus habitantibus in ea.

Deinde aegrotum, cubiculum et circumstantes aspergat aqua benedicta, dicendo: Asperges me hyssopo et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor.

Quod si aegrotus voluerit confiteri, audiat illum, et absolvat. Si confessionem non petat, excitet illum ad eliciendum actum contritionis; de hujus benedictionis efficacia, et virtute, si tempus ferat, breviter admoneat; tum instruat, atque hortetur, ut morbi incommoda, ac dolores in anteactae vitae, expiationem libenter perferat, Deoque sese paratum offerat ad ultro acceptandum, quidquid ei placuerit, et ad mortem ipsam patienter obeundam in satisfactionem poe-

narum, quas peccando promeruit: (quae acceptatio mortis est opus pro indulgentia injunctum). Tum piis verbis consoletur, in spem erigens, fore, ut ex divinae munificentiae largitate eam poenarum remissionem, et vitam sit consecuturus aeternam. Postea dicat:

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum et terram.

Antiph. Ne reminiscaris Domine delicta famuli tui (*vel ancillae tuae*) neque vindictam sumas de peccatis ejus.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster, etc.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Salvum fac famulum tuum (*vel famulam tuam*).

R. Deus meus sperantem in te.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Clementissime Deus, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui neminem vis perire in te credentem, atque sperantem, secundum multitudinem miserationum tuarum respice propitius famulum tuum N. (*vel ancillam tuam,*) quem (*vel quam*) tibi vera fides, et spes christiana commendat. Visita eum (*vel eam*) in salutari tuo, et per Unigeniti tui Passionem et Mortem, omnium ei delictorum suorum remissionem, et veniam clementer indulge, ut ejus anima in hora exitus sui te judicem propitiatum inveniat, et in Sanguine ejusdem Filii tui ab omni macula ablu-

ta, transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eundem Christum Dominum nostrum.

Tum dicto: Confiteor etc. Sacerdos dicat: Misereatur etc. Indulgentiam etc. Deinde:

Dominus noster Jesus Christus Filius Dei vivi, qui beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat confessionem tuam, et restituat tibi stolam primam, quam in Baptismate recepisti. Et ego facultate mihi ab Apostolica Sede tributa indulgentiam plenariam, et remissionem omnium peccatorum tibi concedo. In nomine Patris, et Filii etc.

Per sacrosancta humanae reparationis mysteria remittat tibi omnipotens Deus omnes praesentis, et futurae vitae poenas, Paradisi portas

aperiat, et ad gaudia sempiterna perducatur, Amen.

Benedicat te omnipotens Deus, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus. Amen.

Si vero infirmus sit adeo morti proximus, ut neque Confessionis faciendae, neque praemissarum precum recitandarum tempus suppetat, statim Sacerdos benedictionem ei impertiatur, dicens: Benedicat te etc. ut supra.

EXERCITIUM

S. VIAE CRUCIS.

PRAENOTANDA.

1. Cum ad lucrandas Indulgentias requiratur status gratiae, praemittatur huic Exercitio semper Actus contritionis.
2. Ad quamlibet Stationem fiat brevis meditatio, seu consideratio illius Mysterii, quod in ea repraesentatur.

3. Ante quamlibet Stationem juxta morem pie introductum, dicatur Versus: *Adoramus te Domine etc.* et post eam *Pater, ac Ave.* Cum versu: *Jesu Christe crucifixe etc.*
4. Antequam Exercitium inchoëtur, fiat intentio applicandi indulgentias, ut in praeparatione notatur.
5. Non possunt tamen istae indulgentiae applicari pro aliis vivis, sed solum pro se, et pro defunctis.

PRAEPARATIO.

O immense, clementissime, o misericordissime Deus! ego, misera et indignissima creatura, cum profundissima humilitate in terram prostrata, adoro te Deum, ac Dominum meum. Credo in te, spero in te, amo te super omne bonum, et ideo doleo ex intimo corde, quod

te unicum et summum bonum meum unquam offenderim. Ad tuam gloriam, meam salutem et ad lucrandas indulgentias, quarum unam plenariam animae meae, reliquas vero omnes animabus in purgatorio, in specie N. N. applicare cupio, hanc devotionem aggredior, et sub praesidio, et ad exemplum dolorosae Matris tuae Virginis Mariae, in comitatu mei Angeli tutelaris hanc *S. Viam Crucis*, tua S. gratia adjuvante peragere intendo.

I. STATIO.

Christus ad mortem condemnatur.

V. Adoramus te Domine Jesu Christe, et benedicimus tibi.

R. Quia per S. Crucem tuam redemisti mundum.

Consideratio.

Innocentissimus Jesus, qui pec-

catum non fecit, nec facere potuit, ad mortem condemnatur, et quidem ad ignominiosam mortem crucis. Ut Pilatus amicus Caesaris habeatur, tradit Jesum voluntati inimicorum suorum. O horrenda injustitia! ut hominī placeat, innocentiam damnare, et Deum offendere non formidat.

Affectus.

O innocentissime Jesu! ego peccavi: ego mortis aeternae reus sum: ut autem ego vivam, tu sententiam mortis lubens acceptas. Quomodo ergo imposterum vivam, nisi tibi soli? si hominibus placere cupiam, servus tuus esse non possum; displiceam igitur ipsis, et toti mundo, ut tibi soli place revaleam.

Pater. Ave.

Jesu Christe Crucifixe, miserere mei.

II. STATIO.

Jesus suscipit Crucem super humeros.

Adoramus te etc. ut in I. Statione.

Consideratio.

Jesus Crucem intuens, summo cum desiderio sua brachia, sanguine madentia, ad eam extendit, illamque tenerrime amplexus, cordintime osculatus, humeris suis, vulneribus dilaniatis, imponit, et, licet ad mortem usque debilitatus, exultat ut gigas ad currendam viam suam.

Affectus.

Num amicus Christi ero, si inimicus Crucis sim? O dulcis, o bona Crux! ego te amplector, exosculor, et gaudenter suscipio de manu Dei. Absit a me amplius gloriari, nisi in Cruce Domini mei, per quam mihi mundus crucifixus sit, et ego mun-

do: ut totus tuus sim, o Jesu! tuae
Passionis me fac consortem.

Pater. Ave.

Jesu Christe etc. ut in I. Statione.

III. STATIO.

Jesus prima vice cadit sub Cruce.

Adoramus te etc. ut supra.

Consideratio.

Amantissimus Jesus, cruce one-
ratus incedens, ejus pondere de-
pressus graviter in terram prolap-
sus est. Scilicet peccata nostra pon-
dus illud intolerabile efficiebant,
cui alias Crux levis, et dulcis amore
nostri videbatur.

Affectus.

Ah mi Jesu! tu grave jugum pec-
catorum meorum portasti, et iniqui-
tates meae, sicut onus grave grava-
tae sunt super te; cur ergo jugum
mandatorum tuorum ferre recu-

sem, ut sic alter alterius onera portemus? jugum tuum suave est, et onus tuum leve: libenter itaque et gaudenter illud suscipiam, et portare contendam, donec vixero. Tu o Jesu! portantem me gratia tua ita conforta, ne cadam amplius peccando graviter. Pater. Ave.

Jesu Christe etc. ut supra.

IV. STATIO.

Jesus Crucem bajulans, occurrit Matri suæ
dolorosissimæ.

Adoramus etc. ut supra.

Consideratio.

Quam dolorosus erat aspectus afflictissimæ Matris Mariæ, dilectissimum Filium suum gravi cruce onustum, totum vulneribus et sanguinescatentem, ab infami faece carnificum tanta rabie impulsus conspicientis? quam ineffabiles dolores

sensit illud tenerrimum cor maternum? O quam desiderabat pro Jesu, vel saltem cum Jesu mori!

Affectus.

O Jesu! o Maria! ego sum causa dolorum cordium vestrorum, summe invicem amantium, et ad extremum usque desolatorum. Ah! utinam et cor meum de vestro dolore participet! *Eja Mater fons amoris, me sentire vim doloris fac, ut tecum lugeam. Fac, ut ardeat cor meum in amando Christum Deum, ut sibi complaceam.* Hoc demum a te humiliter efflagito, ut et mihi, in amarissimae hujus Passionis vestrae memoria, mortis semitam intranti, materna pietate occurrere, et cum Filio tuo dulcissimo succurrere digneris. Pater. Ave.

Jesu Christe etc. ut supra.

V. STATIO.

Jesus a Simone Cyrenæo in bajulatione
Crucis adjuvatur.

Adoramus te etc. ut supra.

Consideratio.

Simon Cyrenæus angariatur ad tollendam Crucem post Jesum, propter scelera nostra attritum, ac debilitatum, quem, licet renitentem, Jesus pro comite acceptat. O quam gratus hic in Passione socius foret, si non coacte, sed sponte venisset. Sed etiam te, o anima mea, libenter acceptaret, si velles. Vocat te, invitat te: *Tolle crucem tuam, et sequere me.* Tu vero resistis, et pro pudor! non nisi coacte crucem suscipis.

Affectus.

O Jesu! quam vere dixisti: *Qui non accipit crucem suam et sequitur me, non est me dignus.* En! ut

dignus te efficiar, ultro me comitem tibi in via Crucis jungo: feram lubens tribulationem et crucem, si non *tuam* gravissimam, saltem illam *meam*, quamcumque demum humeris imponere meis tibi placuerit: hanc, sequendo te protabo patiens, usque ad finem vitae meae.

Pater. Ave.

Jesu Christe etc. ut supra.

VI. STATIO.

Veronica Christo sudarium præsens.

Adoramus te etc. ut supra.

Consideratio.

Veronica ex compassione et devotione velum capitis sui Jesu porrexit, ad abstergendam faciem suam, sanguine et sputis defoedatam. Ille autem vultus sui effigiem eidem impressam restituit. O exiguum obsequium, et merces magna ni-

mis! Sed quale obsequium praestas tu, o anima mea! Salvatori tuo, pro tot immensis beneficiis? recogita, dole, et emendationem propone.

Affectus.

O Jesu! quid retribuam tibi pro omnibus, quae retribuisti mihi? totum me consecro servitio tuo: totum cor meum tibi offero: pone te ut signaculum super illud, et imprime imaginem tuam, ut jugiter memoria memor sim tuus, nec tu operis tui obliviscaris in finem.

Pater. Ave.

Jesu Christe etc. ut supra.

VII. STATIO.

Secundus lapsus Jesu ad portam.

Adoramus te etc. ut supra.

Consideratio.

Dolorosissimus Jesus iterum sub

crucis pondere jacet, sacratissima sua facie in terram prostratus, nec a diabolica crudelitate carnificum momentum quietis ipsi datur, funibus et fustibus ad progrediendum compellitur. Hunc lapsum causarunt peccata nostra reiterata, et ego amplius peccare delecter?

Affectus.

O Jesu! miserere mei, porrige dexteram tuam, sustenta me, ne amplius in peccata priora relabar. Ergone peccatum hoc N. N. sciens volens repetam? absit a me. Dixi, nunc coepi; ab hoc momento serio conclusum sit, millies mori, quam peccare. Tu mi Jesu! conforta me per gratiam tuam, sine qua nihil possum.

Pater. Ave.

Jesu Christe etc. ut supra.

VIII. STATIO.

Jesus filias Jerusalem flentes alloquitur.

Adoramus te etc. ut supra.

Consideratio.

Devotae hae mulieres plorant dolentes super Salvatorem, ipse autem ad eas conversus ait: *Nolite flere super me, innocentem, sed super vos ipsas flete, et super filios vestros: super peccata vestra flete, utpote causam omnium horum dolorum. Ergo et tu plora, anima mea! nihil gratius est Christo, tibi que nihil utilius, quam lacrymae, ex dolore de peccatis profusae.*

Affectus.

O Jesu! quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum, ut die ac nocte defleam peccata mea? per amaras, sanguineas lacrymas tuas te oro, concede

mihi donum lacrymarum: contere
cor meum, ut ex oculis et corde co-
piosae lacrymae profluant, et pecca-
ta mea vera contritione extinguant.

Pater. Ave.

Jesu Christe etc. ut supra.

IX. STATIO.

Jesus ad ascensum montis Calvarjæ tertio
cadit.

Adoramus te etc. ut supra.

Consideratio.

Jesus despectus, et novissimus
virorum, vir dolorum, et sciens in-
firmitatem, quam pro nobis assump-
sit, et pertulit, pedem montis Cal-
variae attingens, jam tertio gravissi-
me prolapsus est, dolorosissime al-
lisus in saxum, ibidem in via posi-
tum. O quam immane pondus est
peccatum, quod Jesum toties in ter-
ram depressit, et me jam dudum in
abyssum inferni detrusisset, nisi pre-

Consideratio.

Jesus vestibus spoliatus in Cruce crudeliter extenditur, et pedibus, manibusque horrendis clavis affigitur. O cruciatus! o dolor! et ipse silet quia Patri coelesti sic placet; tolerat patienter, quia amore mei patitur. O anima mea! quomodo tu te geris in afflictionibus tuis? quam impatienter, quam querulose suffers eas!

Affectus.

O patientissime Jesu, Agne mansuetissime! detestor, et abominor omnem impatientiam meam. Eja Domine, crucifige carnem meam cum concupiscentiis et vitiis suis; hic ure, hic seca, ut in aeternum parcas. Totum me projicio in manus tuas, tua sancta voluntas in omnibus fiat. Solam gratiam tuam mihi dona, et sufficit mihi.

Pater. Ave.

Jesu Christe etc. ut supra.

XII. STATIO.

Jesus in Cruce levatur, et moritur.

Adoramus te etc. ut supra.

Consideratio.

Aspice Jesum in Cruce pendentem, nudum et vulneribus abundantem, inspice plagas, quas amore tui recepit. Tota ejus figura est typus amoris, caput inclinatum ad osculandum te: brachia extensa ad amplectendum te: quot vulnera, tot pignora amoris JESU tui amantissimi. O quantus est hic amor! Jesus moritur, ut peccator vivat, et ab aeterna morte liberetur; sed eheu! hic amor, tantus cum sit, quam male rependitur.

Affectus.

Amantissime Jesu! quis dabit

mihi, ut amore tui moriar; fac me usque
saltem mundi vanitatibus amore tui ta si
totaliter mori. O quam sordet mihi cor
mundus, si te in cruce pendentem su in
aspicio! suscipe me, o Jesu! in trans-
fixum cor tuum. Totus sum tuus,
nec vivere volo, nec mori, nisi tibi.

Pater. Ave.

Jesu Christe etc. ut supra.

XIII. STATIO.

Jesus de Cruce deponitur etc.

Adoramus te etc. ut supra.

Consideratio.

Noluit Jesus de cruce vivus des-
cendere, sed usque ad mortem in ea
haerere. Cum autem mortuus depo-
neretur, voluit, uti vivus, sic et mor-
tuus, in gremio Virginali SS. Matris
suae cubare. Esto et tu constans in
bonis propositis, nec de cruce tua
descendas, qui enim perseveraverit ali

usque ad finem, hic salvus erit. Cogita simul, quanta puritate oporteat cor illud nitere, in quod corpus Jesu in SS. Sacramento recipitur.

Affectus.

O Jesu! deprecor te, ne permittas me de Cruce tua avelli, in ea enim vivere cupio, et mori. Crea in me Deus, cor mundum, ut per S. Communionem sacratissimum Corpus tuum digne recipiam, et in te maneam, nec unquam a te valeam separari. Pater. Ave.

Jesu Christe etc. ut supra.

XIV. STATIO.

Sepultura Christi.

Adoramus te etc. ut supra.

Consideratio.

Corpus Christi sepultum est in alieno monumento. Qui in Cruce

non habuit, ubi SS. Caput suum reclīnaret, nec proprium sepulchrum invenit in mundo, quia nempe non erat de hoc mundo. Tu qui tantum dependes ab hoc, nunquid es de illo? sed fuge, contemne eum, ne cum ipso pereas.

Affectus.


O Jesu! tu me elegisti de hoc mundo, quid mihi ergo cum illo? tu me creasti ad coelum, quid jam a te mihi volo super terram, in qua, proh dolor! multum incola fuit anima mea? Apage, o munde, cum vanitatibus tuis; in via Crucis, quam Salvator meus suis sacris signavit vestigiis, incedam impiger, et tendam ad patriam coelestem, ubi habitatio, et requies mea sit in aeternum. Pater. Ave.

Jesu Christe etc. ut supra.

B
gra
cor
exh
gua
ren
tis
me
hi
sol
pra
ind
qu
mi
et
sur
an

OBLATIO.

Benignissime Jesu! demississimas gratias tibi ago pro infinita misericordia tua, in hac Via Crucis mihi exhibita. En! offero tibi denuo exiguum devotionem meam, in honorem amarissimae Passionis et Mortis tuae pro remissione peccatorum meorum, et poenarum exinde mihi imminentium, pro suffragio et solatio animarum in purgatorio, praesertim pro qua (vel quibus) has indulgentias lucrari intendi. Denique supplex rogo, o JESU! ne permittas ineffabile pretium Sanguinis et Mortis tuae gratis esse impensum, et meam quam redemisti, animam perire. Amen.



INDEX.

	Pag.
Nonnulla ex Operibus S. P. N. Franc.	5
S. Bonavent. E. D. Alphabetum Religiosor.	12
Sententiae spirituales	21
Incitamenta ad bene vivend. et moriend.	27
Regula S. P. N. Franc.	29
Testamentum ejusdem	47
Summarium contentorum in S. Regula	55
Formula Professionis Fratrum Minor.	62
Exhortatio S. P. N. Franc.	65
Maledictio ejusdem	66
De proprietariis S. Bernardini Senens.	67
Preces matutinae	69
Psalmi poenitentiales cum Litan. etc.	89
Orationes ante Confessionem sacrament.	111
Orationes post eandem	125
Oratio Sacerdotis administr. Sacram. poenit.	152
Orationes ante et post Ss. Communionem.	154
Exercitium devote audiendae Missae	154
Oratio ante S. imaginem Jesu Crucifixi	179
Sacerdotis sacrificaturi praeparatio ad Missam	181
Gratiarum actio post Missam	207
Litaniae Lauretanae	219
Modus recitandi Rosarium B. V. M.	224
Pia exercitia ad beatam mortem	229
Ordo commendationis animae	268
Benedictio mensae	285
Preces vespertinae	295
Itinerarium Clericorum	307
Absolutiones diversae	315
Benedictiones frequentius occurrentes	320
Exercitium S. Viae Crucis	338

